NICOLAI LEO.

NICI THOMAEI DE VARIA HI/
STORIA LIBRI TRES
NVPER IN LVCEM
EDITI.

INDEX insuper tum capitum, tum eorum quæ notatu digna uisa sunt locupletissimus.



Justral: praies

BASILEAE, IN OFFICINA FROBE/
NIANA, ANNO M D XXXI

P3550



14113

NICOLAVS LEONICVS THOMAEVS D. CVTHBERTO TVNSTALLO REVERENDISSIMO DVMELMENSI EPISCOPO S.



OMMENTARIOLOS DE VAria historia quos aliàs iuuenis admodũ multiplici cum Græcorum tum Latinorum lectione confeceram ſepoſueramq; nunc edendos excudendosue curaui, ut quando maturioris ætatis pleraque iam à me de omnimoda philoſophia exierunt opera ex academicorum peripateticorumq; fontibus hauſta, hæc quoq; iuuenilia ſtudia noſtra ſua aliquando mercede non defraudarentur, ſiquidem, ut arbitror, in re literaria laborũ ſatis plena eſt merces, tũm eruditis non omnino diſplicuiſſe uiris, tum pleriſq; etiam inferioris notæ non nihil in rerum uariarum cognitione prodeſſe poſſe: quod profecto ij commentarij efficere uidentur. Qui enim uel Græce omnino neſciũt: aut peculiaribus quibuſdam in ſtudijs fuerint occupati, multa ſanè paruo negocio hic reperire poterunt, quæ alioquin magno labore, iugiq; uariorum authorũm lectione ſibi diſquirenda & inueniẽda forent. Accedit ad hoc quod nulla

sanè defatigatio aut satietas: nullus longarũ rerum tra-
ctus lectoris animum deterrebit. Breues enim sunt hi-
storiunculæ dilucide enarratæ, & per capita digestæ, ut
quisq; quodcũq; sibi libuerit & reperire faciliter, & cito
percurrere possit. Verum utcũq; (non enim isthæc uen
ditare uolo) tibi Tunstalle eruditissime, & mihi semper
obseruandissime dedicaui, ut obseruantia in te mea ab
hinc multos iam annos à te perspecta & cognita, hac
exigua animi attestatione renouetur, & an-
tiqui tui erga me amoris excitata
memoria reflorescat.

Vale.

Ex Patauio
Calendis Februarijs
M D XXXI

INDEX CAPITVM

LIBRI PRIMI DE VARIA HISTORIA CAPITA



SARDINIAE insulæ situs decq illius uarijs accolis Caput 1 Pagina 1
Amphictyonum contra Cirreos expeditio & Cirreorum interitus. cap. 2. pa. 6
De Lepreo in edacitatis certamine ab Hercule superato & ab eodem interfecto & de lepræ morbo ca. 3 7
De ara & sacris placidorum deorum ca. 4 8
De cocci stirpe & animali in illa nato cuius sanguis lanarum erat infectio ca. 5 8
Puerorũ apud Lacedæmonios decertatio in loco qui Platanista uocabatur, & ubi apud Græcos canis immolaretur ca. 6 9
De Dædali simulachris & Ariadnes choro ca. 7 11
De Phlegiarum impietate & eorum interitu ca. 8 13
De Dionysi apud Elienses templo & miraculo quotannis in eo apparente, & de celebri apud Andrios Dionysi die ca. 9 14
De Alexandri somnio & Smyrnæ ædificatione, & quod plures Nemeses à Smyrnæis colebantur 10 15
De Herculis simulachro ex Tyro sponte sua profecto, & quomodo apud Erythreos collocatum 11 16
De Agamẽnonis sceptro apud Chæroneos culto 12 17
De Esculapij tẽplo Naupacti & de Anyta poetria & Phalyso à lippitudine liberato 13 18
De Citerone Plateensium tyranno, & de Dædala apud Plateenses appellato festo die 14 19
De dracone apud Thespienses, & quomodo à Menestra-

to sit

to sit interfectus 15 21
De Lini in Elicone simulachro Linicq; ipsius interitu & de Nenia quæ Linus appellabatur 16 22
De Orphei tumulo in mõte Olympo, & de Lybethræ urbis interitu 17 23
De Phalanto Spartiate qui Tarentũ occupauit, & de Tara eius urbis conditore 18 25
De Sauromatum in bellando arte, decq; illorum miris thoracibus 19 26
De Anterotis apud Athenienses ara illiuscq; origine, & de Promethei in academia ara ubi currẽtium cum lampadibus erat certamen 20 28
De fonte Macariæ apud Marathonios, & de prima Peloponensium contra Athenienses expeditione 21 29
NB. De radicis cuiusdam Baaras nomine admirãda natura, & de balneis iuxta Macheruntem Iudeæ oppidum 22 30
De Apheæ tẽplo in Aegina insula, & de Britomarte quæ Dictyna à Cretensibus dicitur 25 32
Cur quæ de mensa cadebant apud ueteres tollere fas non erat, & cur apij coronis in conuiuijs non utebãtur. 24. 33
De Cereris Chthoniæ templo apud Hermionenses, & de illius constructione, & quæ quotannis in illa fieri sint solita 25 35
De Dioscurorum apud Spartiates miraculo, & de Phormione illorum hospite 26 36
De Dianæ cognomento Orthiæ simulachro, cuius ara humano sanguine spargebatur 27 37
De Dyrracho Dyrrachij cõditore, & cur Dyrrachini Herculem ceu incolam suum colebant, & de urbis illius accolis 28 38
Vnde Panici dicti sunt terrores simul de Osiridis interitu à Ty-

à Typhone 29 41
De Iunonis apud Epidaurios aqua, & quæ ex illa uaticinia capiebant 30 41
De Tenaro Laconiæ promõtorio, & de Cerbero cane inde ab inferis extracto, necnon de serpente qui in Tenaro apparuisse dicitur 31 42
De admirabili in Mothone urbe puteo, & necnon de uarijs aquarum miraculis 32 43
De Nelei bobus apud Pylũ, itẽ de Geryonis bobus quas Eryx habere cupiens ab Hercule fuit interfectus 33 44
De Dionysi Calidonij templo, & de Coresi sacerdotis & Callirrhoes amore & interitu 34 45
De fatidico Patris Achaiæ fonte, & de captandorum ibi oraculorum more 35 48
De Mercurij cognomẽto Agorei uaticinijs Pharis Achaiæ ciuitate 35 48
De Atti à Cybele amato, illiusq; interitu, & quæ de Agdisti dæmone Galatæ memoriæ prodidere 37 49
De Eumenidum templo ab Oreste in Cyrenia Achaiæ urbe ædificato 38 51
De Herculis oraculo ex talis & abaco apud Buram 39 51
De Dianæ Triclariæ templo, & de Cometæ Menalippicq; amoribus, deq; illorum interitu, & de Euripyli arcula, & quomodo in furorem uersus fuerit liberatus, & de Aesymnitis dæmonis cultu & sacris 40 52
De templo Neptuni equestris iuxta Mantineam, à cuius ingressu arcebãtur uiri, item de Ogoa apud Caras deo, & de miraculis apud utroscq; apparentibus 41 56
De Euthymo Locrensi athleta, deq; illius pugna cum Temesæo dæmone, & uictoria 42 57
Qui fluuiorum fuerũt frigidissimi, & de Teuthi duce qui cum

cum reliquis ad Troiam missus fuit eiusq; interitu ex phthisi 43 60
De Lycei Iouis fano in quo uiros ingredi nefas erat, ubi etiam nullas intrantes faciebant umbras 44 61
De Apollinis Diradiotæ cognominati in Argiuorum arce oraculo 45 61
De miraculis quæ in tẽplo Mycalesiæ Cereris apud Bœotios fuere celebrata 46 62
De Tanagreis gallinaceis 47 62
De Pindari uatis sepulchro, & de anu Thebana Pindari uatis cognata 48 63
Qui nam fuere Cabiri, deq; illorum occultis mysteriis, & de Cabirorum inexorabili indignatione 49 64
De Laconicis lapidicinis 50 66
Heroum ænea fuisse arma non ex ferro 51 66
De Helo Laconiæ urbe unde Helotes dicti 52 67
De delphine & puero in Poroselene Ioniæ ciuitate 53 67
De quibusdã uelut hæreditariis mortiũ generibus 54 68
Quæ apud Græcos Neoptolemæa dicta ultio, & unde nomen inuenit 55 68
De Gryphis animalibus eorumq; figura 56 69
Vnde Ardalides dictæ sint Musæ, & de Ardali ara in qua Musis & Somno rem diuinam faciebant 57 69
De Corinthio ære, & illius temperatura 58 70
De Phytalo Athenienſe ficus inuentore 59 71
De Canephoris puellis apud Athenienses, & quæ factitare solebant 60 71
De Eurynomo appellato dæmone, eiusq; forma, & de Pythonibus & Eurycleis nuncupatis dæmonibus 61 72
De byssi natura in Elide, & cur equæ ibi ex asinis concipere non poterant 62 73

Qui

Qui primi æris metalla conflarunt,& de Polycratis tyranni gemma 63 74
De admirabili equi ſtatua Olympiæ Phormidis denominata,& de ignibus in deæ Perſicæ appellatæ fano ſponte ardentibus 64 75
De materijs ex arboribus ex quibus deorum ſimulachra factitari ſunt ſolita 65 77
De celebratis uetuſtate arboribus quæ uarijs in locis memoriæ ſunt proditæ 66 78
De Iouis Lycei fonte,miraculoq; de illo celebrato 67 79
De quatuor ſacris Græciæ certaminibus,& de illorum coronis,& quamobrem uictores omnes palmæ ramũ manu geſtabant 68 80
De Angio Elidis fluuio,tetroq; illius odore uariæ diuerſorum ſententiæ,& de Anigrenſibus nymphis,quæ uitiliginem curabant 66 81
Cur in ſympoſijs coronati diſcumbebant, & quod Epithimiades pectorum uocabãtur corollæ, coronarumq; nominis origo 70 83
Quod coronarũ inuentor fuit Ianus & nauigiorum, deq; Camiſa Iani ſorore 71 84
De boni dæmonis poculo in primo & extremo conuiuio appellato,& quod poſt ultimam boni dæmonis potionem,menſæ auferri ſunt ſolitæ 72 85
Vbi & quomodo Silphij primum apparuit herba 73 86
De Euboicis æris metallis,& de Curetibus,& unde Chalcis ciuitas denominata 74 87
De Corſica inſula,& de ſylueſtri in illa à Romanis reperta materia,ex Theophraſto 75 88
De Circeo iuxta Italiam inſula,& de myrto coronaria iuxta Elpenoris tumulum 76 88
De oleaſtro Megarico,& de oraculo Megarenſibus da-

to 77 89
De arboribus laniferis in Arabico sinu, & de miris quibus dam arborum naturis 78 90
De platano Cypria, & quercu Sybaritica quarũ folia decidua non erant 79 91
De cinamomo & casia ex Theophrasto 80 92
De Laidis meretricis patria, monumentiq; etiam illius titulo & epigrammate 81 94
De sacro apud Thessalos serpente, & quomodo à saga aliquando fuerit interemptus 82 95
De electro apud Eridanum fluuium reperto, & de Dædali fuga ad Electridas insulas 83 96
De Diomedeis auibus, & quæ nam illarum fuerit figura & habitus 84 97
De fossili apud Apolloniatas bitumine & nympheo appellato loco, ubi dabantur oracula, illiusq; uaticinij modus 85 98
De Podalirij post euersam Troiam reditu, & de ijs quæ apud Caras gessit 86 99
De saltationis armatæ genere Pyrrhiche appellato, & unde nomen inuenit, & quo fiebat modo 87 100
De Alcisthenis Sybaritæ celebratissima chlamyde 88 101
De admirando in Lipara insula tumulo, & de ijs quæ ibi audiebantur ex Aristotele 89 102
De septem Amphictyonum ciuitatibus, & qui Pylagoræ apud illos uocabantur 90 105
De Palladis cognomine Acheæ apud Daunios templo & de canibus qui Græcis tractabiles erant, cæteris uero agrestes & feri, & Diomedis insulis historia 91 104
De antiquissimo æneo torque apud Peucetios, de cerui collo extracto rara q; illius historia 92 105
De Indorum Brachmanibus, & de pexili à petris lino, & de Lino

de Lino ex Caristo Euboiæ urbe 95 105
De Ephesiorum quinque conuentibus 94 107
Vnde appellata sit Bœotia, & quibus antiquitus eadem regio appellata sit nominibus 95 108
De Damasco Syriæ urbe, & unde traxit nomen, & de Nicolais appellatis Dactylis 96 108
De quatuor celebribus ferri temperaturis, de Norica præterea & Corinthia quæ iuniores fuerunt 97 110
De Mercurio Acacesio, & Libero patre Masari appellato, & Cybele Ma apud Lydos uocitata 98 111
De Naxijs fœminis quæ octauo mense sine periculo parere solent, & cur id faciant 99 112
De Ace Phœnicię urbe, & cur ita sit appellata ubi de Herculе rara historia 100 113

LIBRI SECVNDI DE VARIA HISTORIA CAPITA

DE Numidis iuxta magnã Syrtem habitãtibus quod prolixioris sunt æui, & quamobrem, & de Masinissa rege. caput 1 pagina 115
De sacris appellatis Contumeliosis apud Argiuos, & de nominis illius causa, & Telesillæ poetriæ Argiuæ historia 2 116
De lapidibus in Ponto Thraciæ fluuio qui lignorum more comburuntur & flatu extinguuntur 3 118
Elaphibolia apud Phocẽses Dianæ sacra & prima eorum origo, & unde natum prouerbium, Phocensium desperatio 4 119
De fossili piscium genere, & de piscibus qui ex cauernis ad pastum exeunt 5 121
De Paliscorum fonte in Sicilia, & de solenni iurisiurandi more 6 122

De Aristoclia uirgine eiusq; amatoribus Stratone & Callisthene, illiusq; miseranda morte historia 7 125
De Scedasi filiabus, earumq; crudeli interitu & ultione apud Leuctra 8 125
De Phoci Bœotij interitu à Callirrhoes filiæ Procis, & de illorum postea sumpto supplicio 9 127
De Actæone puero ab Archia Corinthio rapto illiusq; interitu, & de Archiæ exilio Syracusarumq; extructione 10 128
De Possidoniatis qui iuxta mare Tyrrhenum habitabant, & de illorum institutis 11 130
De Catinensibus fratribus quos Pios uocabant, & cur id cognomentum fuerunt assequuti 12 131
De Apaturiorum apud Athenienses celebritate, decq; nominis illius origine, præterea quæ in quatuor illis festis diebus fieri erant solita 13 132
Quod tibiarũ fistulæq; antiquissimus fuit usus, & de Hyperboreis sacris Delum quotannis transmissis 14 134
De Apollinis Delphici templo ædificato, & de æneo Palladis templo apud Lacedæmonios, & quod Romæ forum ære fuit contectum 15 135
De Sibyllarum nomine, & quot fuere sibyllæ 16 136
Qui nam fuerint Sardoi heroes, & de illorum responsis ex Simplicio 17 138
De insaniæ speciebus quibusdam ex Aristotele, & de Mileſijs uirginibus insanientibus, & quomodo ab insania liberatæ perhibentur 18 139
De Antinoo Adriani Cęsaris puero, quem morbo absumptum in deos referre conatus est Cæsar 19 141
Seleuci cognomento Nicatoris historia, & cur in illius numismatibus insculpta uisatur anchora 20 142
Cur Isidis sacerdotes lineis usi sunt uestibus, & de illorum cultu

cultu & abstinentia, & cur salem non gustabant, ex Plutarcho 21 145
Quod Aegyptiorum antiquissimi reges uino abstinerẽt, & quamobrem, & quod Aegypti sacerdotes à cæpis abstinebant 22 148
De tribus sororibus Atheniẽsibus apud quas Cererem diuertisse ferebant, & de illarum furore & interitu 23. 149
Quod senes satyri Sileni sunt appellati, & de Satyris, illorumq; libidine 24 150
Quod Theseus Neptuni filius non Aegei fuisse dicitur, illiusq; rei testimonium, de Thesei interitu uariæ sententiæ 25 151
De *Hylli Herculis filij in Lydia inuentis* ossibus, item de *Protophanis* Olympionicæ corpore, & *Aiacis* apud *Ilium* repertis ossibus 26 154
De Marathonio tauro à Theseo interempto, & Androgeo Minois filio 27 155
De Nemesi Rhãnusia, & illius simulachro, & ex quo sculptum sit lapide, & illius forma 28 156
De Marathone heroe, item de Echetlęo heroe qui Milcia di & Athenienſibus in pugna suffragatus est 29 157
De decem Athenienſium iudicijs, & eorum nominibus, & de ijs quæ in illis agebantur 30 158
Quæ de Helenę interitu Rhodij memorię prodidere, præterea quæ de ipsa Helena Imeræi dixerũt, & historia de Leonymo Crotoniate, & Imeræo Stesichoro 31 161
De templo Dianæ cognomento Salutari in agro Megarico, & de nominis illius causa 32 163
De canoro lapide Megaris in arce, & Memnonis statua 33 165
Corœbi Argiui historia non uulgaris 34 165
De Medeæ filijs à Corinthijs lapidibus obrutis eiusq; rei

consequuta ultione, & de Medo Medeæ filio 35 166
Thesei & Helenæ Iphigeniam fuisse filiam, & de celebri Ilethyæ fano 36 167
De Hippocrenes fonte apud Troezenios, & de Orestis diuersorio 37 168
De salsis apud Troezenem fontibus, & quæ ad Noti iniuriam illius loci accolæ obseruare solebant 38 169
De Hyrnetha Temeni filia eiusq; interitu 39 170
De Alcyonea apud Lernam palude profundissima. 40. 171
De Cleonice puella à Pausania per imprudentiam interfecta, & de Phigalensium sacerdotibus animarum euocatoribus 41 171
De Herculis cognomento Armati templo Spartæ, & de Hippocoonte & liberis ab Hercule interfectis abdita historia 42 172
De Amphione & Zetho, necnon ab Epopeo & Nycteo ob Anthiopem filiam decertatis præliis recondita historia 43 174
De Veneris templo apud Sicyonios & de sacrorum more, & de pæderote herba 44 176
De Lynceo Argiuorum rege, & de illius successoribus à quibus Danaë & Perseus progeniti, & quod Perseus Disci fuit repertor primus, & urbis Mycænarum fundator, & cur id nominis inditum sit urbi 45 177
Quæ de Esculapij parentibus Epidaurienses dixere, & de Coronide Phlegiæ filia historia, & de septo quodam in quo mori non licebat, & de seruorū certamine ab Hippolyto instituto 46 179
De Stilpone Megarico philosopho, & de illius somnio historia 47 181
De Epidelio nuncupato Apolline, & de expilatione Deli à Menophane Mithridatis prefecto facta, & de illius & Mithri-

Mithridatis interitu historia 48 182
De Aetnæ crateribus & illorum augurijs, necnon de Ino/nis aqua apud Lacedæmonios 49 184
De Zancle urbe in Sicilia quæ postea Messana est appel/lata, & de illius rebus gestis 50 184
De smaragdo lapide, illiusq; natura, & de obeliscis ex sma/ragdo, & de pseudomaragdo 51 186
De minij generibus, & Callia Athenienſi minij inuento/re 52 187
De Epaminundę somnio post Leuctricam pugnam, & de Tyndaridarũ aduersus Messenios indignatione recon/dita historia 53 188
De Methone Peloponnesi urbe, & de illius priori nomi/ne & Methonensiũ calamitatis abstrusa historia. 54. 189
De rupe Typæa Olympiæ ex qua deijci fuerat mos præ/uaricantes in sacris certaminibus, & de Callipateria e/iusq; filio Pisirhodo historia non uulgaris 55 191
Quæ de Alpheo & Arethusa memoriæ sũt prodita, item de Iordane & Nilo fluuio aquarumq; quarundam mi/raculis 56 192
De primis Olympici certaminis fũdatoribus, & de restau/ratoribus postmodum, & de Idæis Dactylis qui & Cu/retes appellabantur 57 195
De Calpes appellato certamine, & quando fieri cœptum, necnon quando introduci desierit 58 194
Quod ebur siccitatibus maxime offenditur, & de ebur/neis celebratis simulachris 59 195
De fatali Pelopis humero eburneo ad Troiam in castris delato, & de illius postmodum propter naufragium a/missione, & subsequuta inuentione recondita histo/ria 60 196
De Acheruntia ab Homero appellata Populo, & de il/lius

lius historia, & quod quædam peculiariter in diuersis fluuijs arborum innascantur genera 61 197
De Iouis Horcij Olympię simulachro apud quod iurabãt pugiles, & quod moris erat uictimas pro iureiurando mactatas homines non attingere 62 199
De Sicyonio Sostrato Athleta, item de Leontisco Messenio, & Polydamante Scotuseo historia 63 200
De Cleomede Astipalęo athleta admirabilis histo. 94. 202
De Theagene Thasio athleta historia 65 205
De Anaximene Lampsaceno, & Lampsaci illius consilio ab Alexandro impetrata liberatione historia recondita 66 206
De Sosipolide indigete Eliorum deo, & quamobrem ab illis cum Ilethya quæ puerperijs præest mirifice sit cultus 67 208
De Cythero Eliorũ amne eiusq; mirabili medica ui, & de Ionidibus dictis nymphis & cur ita sint uocitatæ. 68. 209
De Seria insula rubri maris, & de illius accolis, necnon de sere in illa animali à quo dictum sericum 69 210
De colonijs in Asiam ab Athenienſibus missis, & de primis Græcorum colonijs 70 211
Myuntis urbis interitus à culicibus, item de Atarnẽsium ciuitate à culicibus desolata 71 213
De Clarij Apollinis oraculo templiq; illius constructione non uulgaris historia, necnon de Tiresia Manto & Mopso 72 214
De antiquissimo Samiæ Iunonis templo, illiusq; fundatoribus, & de Dædali Cocalicq; filiabus historia 73 215
De Daphne Arcadica alia quam quæ uulgo fertur historia 74 217
Quomodo Helice Achaiæ urbs sit absorpta, item de simili Ideæ urbis in Sypilo interitu 75 218

De sepe

De sepe malefico in primis animali 76 219
Quales nam fuerint stymphalides aues 77 220
De monili Hermiones Cadmi uxoris 78 221
De Adrasti celebri equo, & de Neptuno & Cerere. 79. 222
Antiquissimam urbium dictam Lycosuram in Arcadia, & de Iouis Lycei admirando delubro 80 225
Qui nam pugiles morte obita uictores fuerunt declarati 81 224
Cur Thebæ Bœotiæ Heptapyli sint appellatæ, & de portarum illius nominibus 82 227
De Androclia & Alcide Thebanis uirginibus 83 228
De Tritone marino à Pausania uiso 84 229
De Hesiodi uatis interitu apud Naupactum, illiusq; sepulchri inuentione historia 85 231
De malis medicis, quæ & hesperia & aurea fuerunt appellata, & de illorũ ui contra omnia uenena 86 232
De copis cœnæ nomine apud Lacedęmonios, necnõ quę apud eosdem phædicia & epaicla 87 236
De Cretẽsium conuiuijs, & de hospitalibus apud eosdem appellatis mensis 88 237
De Athenienssium & de Arcadum & Naucratitarum conuiuijs 89 239
De regali Cleopatræ symposio 90 240
De Macedonum, Thracumq; symposijs, & de Hegesiana cte poeta qui in Antiochi magni symposio excelluit, ubi de Barbarico quodam & periculoso scribitur ludi genere 91 242
Qui ex antiquis profusissimi & in omni prodigentia diffamati fuerunt 92 245
Antiochi cognomẽto Epiphanis celebratissima triumphi pompa 93 245
Apud antiquiores Græcos rarum admodum auri & argenti

genti fuisse usum, & quando auro abūdare cœpit Græcia, & quæ nam fuere antiqua Apollinis Delphici donaria 94 248
De Tyrrhenorum natura ludicris dedita, & circa res seriας inepta, decꝫ illis hac super re dato oraculo 95 250
De Chiorum seruitijs, & ab eisdem illis inflictis calamitatibus, & de Drimacho fugitiuorum duce 96 251
De Oaxo Cretæ ciuitate & unde nomen acceperit, ubi de Etearcho urbis illius tyrāno, & de Phronyma eius uxore, & de Batto Cyrenes conditore 97 255
De Heraisco Aegyptio 98 256
De prouerbij ortu apud Græcos, Veriora ijs quæ apud Sagram non uulgaris historia 99 258
De prouerbio apud Græcos, Amyris furit 100 259

LIBRI TERTII DE VARIA HISTORIA CAPITA

DE Hieronis Syracusarum tyranni admirando nauigio, & M. Antonij recēsetur liberalitas qua Oppianum poetam est prosequutus caput 1 pagina 260
De ijs qui ob partas uictorias fuere munifici 2 262
De adulatoribus quibusdam & scurris, & qui nam Solidum apud Celtas sunt appellati 3 263
Qui plurimos apud Græcos habuere seruos, & de Romanorum seruitijs 4 264
De Rhodi insulæ accolis, Iphiclicꝫ uafro cōsilio quo Phalanthum & Phœnices ex insula expulit 5 265
De Ephesi urbis initijs 6 267
Quibus ex causis Naxiorum res publica ad tyrannidem sit conuersa 7 264
Qui nam apud Græcos fuere Cecropes, unde natum prouerbium, Cecropum forum 8 270

Pom-

Pompilum piscem sacrum apud antiquos fuisse appellatum, & de Epopeo piscatore à ceto dilaniato 9 271
Quod ex piscibus apud quosdam factitata sint sacra, & de Phaselitarum origine, eorumq; anniuersario sacro ex salsamentis 10 272
De exocœti piscis forma admirabilique natura 11 275
De fossili piscium genere ex Polybio 12 275
De Piscium apud Lycios auruspicina 13 276
De Philoxeni poetæ gulositate, eiusq; interitu 14 277
De lacubus paludibusq; iuxta Apameam subito enatis, & de aquarum portentoso miraculo 15 278
De attagene aue illiusq; forma, & unde primum in Græciam aduenerit 16 280
De porphyrione aue, eiusq; natura 17 281
De Athenienſium munificentia in Chærillum poetam, & quo tempore Persæ Græciam inuaserunt 18 282
De Matroo Athenis loco ubi plebiscita seruabãtur. 19. 283
De Zenone philosopho, oraculoq; illi dato 20 284
Cur Phœnicia grammata apud Græcos literarum appellatæ sint notæ 21 284
De Phormione Crotoniate admiranda historia 22 285
De Corinno poeta Homero antiquiore 23 286
De Pasetis Semiobolo, illiusq; admirãdis cõuiuijs 24. 287
Vnde primum masculæ abusus Veneris cœperit 25 288
De acipenseris quem elopem Græci uocant, natura & dignatione 26 288
De Corycæis unde apud Græcos natum est prouerbium, Corycæus inaudiuit: & de Corycæo apud comicos deo 27 289
De Polygnoto Thasio pictore, & cur ab Athenienſibus ciuitate sit donatus 28 291
De ijs qui pedum celeritate apud antiquos claruere. 29. 291

Quod Iudæi aureũ asini caput adorare sint soliti, & quam obrem, & quod per septennij spatium alienigenam hominem discerpere consueuerunt 30 292
De fœminis quæ uaria concubitus genera perscripserit 31 292
De ostento quod Sylla consule contigit, & de octo hominum generationibus 32 293
De humanis apud Atheniẽses immolatis uictimis 33 294
Quod Epaphroditus Neronis libertus triginta millia librorum possedit 34 295
Sophoclem tragicum seriis iocisq; pariter accõmodatum fuisse 35 295
Italorum conuiuia Cretensibus antiquiora fuisse, ubi de Oenotrijs Opicis, Ausonib. & Chaonibus agitur. 36. 297
De oraculo Teucro dato, & de Sminthei Apollinis templi origine 37 298
De Eleusinijs sacris, & quando ibi parua appellata mysteria originem sumpserunt 38 299
De Herculis contra Amazones expeditione 39 299
De Biennæ in Creta urbis origine, item de altera eiusdem nominis Galileæ ciuitate 40 300
Qui nam Artæi apud Persas sint uocitati 41 301
De Ascalonij oppidi origine & nomine 42 302
De Cassandræ in Italia templo 43 303
De Glauco & Erymantho Antenoris filijs & de Antenoreo appellato colle in Creta 44 303
Helenum Priami filium ab Vlysse captum fuisse & in castra Græcorum deductũ illumq; de Pelopis osse & Philoctete dixisse, sine quib. Troia capi non poterat. 45. 304
De Polæ urbis ædificatione à Colchis 46 305
De Podalirij apud Calabros oracuio, & de Althæni fluuij medicatis aquis 47 305

Quod

Quod Therſites ab Achille pugni ictu fuerit interfectus, de Cleta Amazone Pentheſileæ nutrice 48 306
De Locrenſium calamitate 49 307
De Telebois & Taphijs, de Electryone inſuper & Amphitryone, item de Cephalo 50 309
De Meneſtheo, Phidippo, Antipho, Elpenore & Philocte te, qui poſt euerſam Troiam diſiecti, diuerſa incoluere loca, de Apollonia ab Elpenoris ſocijs cõſtructa, & Halei Iouis templo in Italia à Philoctete ædificato 51 310
De Tyrſeno & Lydo, & de pilæ talorumq; inſuper & teſſerę inuentione, & de Tyrſeni in Italiam aduentu. 52. 311
De Galeote & Telmiſſo Apollinis filijs 53 312
De Gelæ Siciliæ urbis ædificatione 54 313
De taranda apud Sarmatas fera, item de chamæleonte & Polypo 55 314
De Amazonum origine, & de ijs qui eo loci Sauropodes ſunt appellati 56 314
De Abdera Thraciæ urbe, itẽ de claris illius ciuibus. 57. 315
De Galatarum trifariam diuiſa natione, illorumq; nominibus, & de Angyræ urbis nomine & origine 58 316
De Aethiopum pietate & iuſtitia 59 317
De Alexandri ſomnio, & Alexandriæ urbis ædificatione, illiusq; magnitudine, & nominibus priſcis 60 317
De Neſto & Tryphiodoro poetis qui Iliadem & Odyſſeam lipogrammatos appellatas conſcripſerunt, & de ijs qui metamorphoſin apud Græcos ſcripſerunt 61 318
De Acamante Theſei filio, & de illius miſerabili interitu non uulgaris hiſtoria 62 319
De Mopſi & Calchantis in diuinãdi arte certamine, & de Calchantis morte 63 320
De columbarũ genere quæ phaſſæ à Græcis appellantur, & quando primum albæ columbæ in Grecia uiſæ ſunt, & de

& de columbis in Sicilia ad Erycis montem statis diebus non apparentibus & rursum redeuntibus 64 321
De Chitrorum apud Atheniēses festo, item de oblatione pro mortuis quæ inferno Mercurio fiebat 65 322
De Naplij ultione ob Palamedis necem 66 325
De Dardani ad Ilium aduentu, item de illius posteris non uulgaris historia 67 324
De idearum musicarū speciebus ityphalo, phallophoro, autocabalo 68 325
De Aorno lacu & Aorno petra, de aquarum mirabilibus naturis 69 326
De Thebiorum fascinatrice natione 70 329
De Iulide Co insulæ urbe, & de claris inde uiris 71 329
De Eucarpiæ minoris Phrygiæ urbe mira soli fertilitate, item de eiusdem nominis urbe in Sicilia 72 330
Ephesus prius Smyrna appellata, eius urbis labes à diluuio quam Lysimachus reparasse dicitur 73 330
De tribus Dorienſium tribubus 74 331
De cicuro piscium genere in Eloro Siciliæ fluuio 75 332
De Diomedis in Italiam nauigatione, rebusq; in ea gestis eiusq; nece à Danao patrata 76 323
Quod gigantum in Libya gens fuerit, qui ex floribus mel factitium conficiebant 77 334
Heracleotarum uafrum consilium in difficultate pecuniaria ex Aristotele philosopho 78 334
Timothei Athenienſium ducis item in difficultate nummaria prudens consilium 79 335
Tarsi urbis origo & nominis causa 80 336
Condali Mausoli Cariæ tyranni ducis pro comparandis pecunijs uafrum consilium 81 337
De Pataræ Lyciæ urbis ædificatione 82 338
Vnde Pyramides fuerint cognominatæ, & unius illarum pro

pro operarum uictu admirandus sumptus 83 339
De oleo natiuo in Diarbis Scythica gente, & de Telephi fonte in Lycia, necnon de aquis quæ uino non miscebantur 84 339
Quod Chaldæi prius Cephenes sint appellati, & eorum nominis causa 85 340
De Lampsaco urbe, illiusq; priscis nominibus, & de generosis eo in tractu uinis 86 341
De usu uini mulieribus interdicto apud Massilienses & Romanos 87 341
Cur uini usus apud Italos mulieribus fuerit interdictus, & hac de re non uulgaris historia 88 342
Quod bibax admodum Alexander fuit Macedo, & quod ex meri potatione morbum cõtraxerit à quo extinctus est 89 343
De Milonis Crotoniatæ & Astyadamantis Milesij mira uoracitate 90 344
De profusissima Antiochi cognomento Epiphanis prodigalitate 91 345
De Illyriorum & Ariæorum ualidissimis gentibus temulentia & bibacitate 92 347
De uarijs bibendi consuetudinibus apud Græcos, ubi & de diuersorum generum calicibus agitur 93 348
De Persarum regum mollitudine & luxuria & affluentibus diuitijs 94 349
Apud Lydos fœminas etiam castrari solitas fuisse, & quomodo Omphale Lydorum tyrannidem inuaserit. 95.351
De Tyrrhenorũ incredibili lasciuia qua in symposijs utebantur suis 96 352
De Sybaritarum luxuria, & quomodo à Crotoniatis fuerint deleti, quod etiam Cardianis à Bisaltis contigisse dicitur 97 354

De Ta-

De Tarentinorum luxuria, eorumq; calamitate & interitu 98 356
De Iapygum luxuria & impietate, & eorum crudeli interitu 99 357
De Milesiorum truculentia & crudelitate 100 358
Telchinnes dæmones inuidi & hominibus malefici qui fuerint 101 359
Quod Alexandri Macedo Bœotias Thebas euertit, historia 102 360
Aeneæ boues in Athabirio appellato mõte aduersa Rhodo prædicebant 103 360
Mirum quoddam de Gelone 104 361
Aristei Proconesij mors 105 361
Mos antiquissimus expurgandi ciuitates pestilentia aut fame laborantes 106 362

FINIS

NICOLAI LEONICI THOMAEI
DE VARIA HISTORIA
LIBER PRIMVS

Sardiniæ insulæ situs, decq; illius uariis accolis. Caput. I



SARDINIAE INSVLA CVM magnitudine rerumq; omniũ copia: tum etiã felicitate & rebus gestis, inter maxime præclaras fuisse perhibetur. Quod autem illi antiquum fuerit à primordiis inditum nomen, haudquaquã clarum est. Cæterum Græci, qui illam mercaturæ cõmerciorúmue gratia frequẽtabant, Ichnusam à uestigij humani similitudine uocauerunt. Est autẽ longitudo ipsius centum & uiginti supra mille stadiorũ, latitudo uero quadringentorum & quinquaginta. Primi autem (ut ferunt) nauibus ad insulã Pœni duce Sardo Maceridis filio peruenere: qui ut Ægyptiorũ Pœnorumq; narrant historiæ ab Hercule originẽ ducere ferebatur: ab hoc insula ueteri obliterato nomine Sardinia est cognominata. Verum iste neq; ueteres expulisse accolas, neq; urbes suis construxisse perhibetur: sed permixtim cum ueteribus loci incolis: qui metu magis illos quàm beniuolentia ulla receperant, nullo discrimine aliò alij quò sors quempiam animusq; deduxerat, in spelũcis passim te-

Ichnusa Sardinia

Sardus Pœnorum dux

a geti-

getibusq; habitasse dicuntur. Vertentibus postmodum annis & ex Græcia manus quædam Aristæo duce ad insulã uenit, quem Apollinis & Cyrenes filium fuisse dicunt. Hic cum propter Acteonis filij mortem impẽsius doleret: eiusq; tristi recordatione assidue conflictaretur, tanquam uniuersæ infensus Græciæ, in Sardiniã ire perrexit, ibiq; sedes collocauit suas. Sunt qui Dædalum huius participem socium'ue coloniæ fuisse ferant: qui ea tempestate Minoëm Cretensiumq; fugiens classem sese illi comitem addidit. Verum ñ qui isthæc afferunt uero haud quaquam consona dicere uidentur, siquidem Aristæo Cadmi filia Autonoë uxor erat. Dædalum autẽ Oedipodis ætate fuisse, qui multos post annos Thebis imperauit clarissime constat. Sed neq; isti urbem aliquam construxerunt: quia pauciores imbecillioresq; (ut opinor) erãt, quàm ad extruendam defendendamq; si opus esset ciuitatem sufficere possent. Post Aristæum Iberos fama est Noraco duce magna manu ad insulam peruenisse, à quo Nora ciuitas condita est, quam primam Sardiniæ urbem fuisse ferunt. Noracum autem hunc Mercurio ex Erythrea Geryonis filia procreatum autumant. Post hos quarto Iolaus cum Thespiensiũ Athenienſiumq; non contemnenda manu in Sardiniam uenit. Et ñ quidem Olbiam urbẽ condiderunt, & seorsum Gryllam Athenienses, à quopiam (ut opinor) eius nominis, qui inter illos

Noracus Iberorum dux.

Nora ciuitas.

Iolaus.

Olbia.

Grylla.

illos primus agebat/ sic appellatam: cui rei testimonio esse potest insulæ ipsius quædam pars, quæ adhuc Iolaia uocitatur: nec non honores & sacra, quæ Iolao ab incolis multis continenter annis perseueranter durasse ferunt. Troia postmodum euersa, cum Troianorum alij aliò delati fuissent, pars quædam Ænea duce tempestatibus acta ad insulam applicuisse dicitur: cumq; Græcos ibi offendisset accolas/ illos adire non dubitasse, à quibus benigne hospitio susceptí/ populariter illis sese permiscuisse dicuntur: necessitate (ut arbitror) & metu/ magis quàm gratia: ne si alteri disiungerentur ab alteris, aut descisscerent, nullo negocio barbaris sese opprimendi facultatem darēt, qui iam sumptis armis, & acie instructa ad Thorsum cōsederant fluuium, qui ab hostili tractu medius labens illorum separabat agrum. Quæ res utrisq; belli dirimendi causa fuisse dicitur, cum neuter exercitus flumen transire, & in hostem ferri primus ausus fuisset. Multis postmodum labentibus annorū curriculis/ Pœni maiori exercitu mare transgressi insulam occupauerunt. Græcosq; acie superatos ad internitionem penè ceciderunt: pauci qui à tanta superfuerant strage Troianis immixti montium summitates suapte natura aditu difficiles & inuias, manu quin etiam & arte communitas occupauerunt: qui ad hanc usq; diem Ilienses appellantur/ quamuis habitu ornatuq; corporis: nec non armorum etiam cultu

Aeneas in Sardiniam

Pœni Sardiniam occuparunt

Ilienses in Sardinia

& uiuendi modo & ritu à cæteris non distent afris. Est autem & altera insula haud multũ à Sardinia distans, quæ à Græcis quidem Cyrnus: ab ijs autem qui Libyam colunt, Corsica uocitatur. Ex hac pars quædam haudquaquam contemnenda factionibus & ciuili bello lacessita: sedesq; mutare compulsa, in Sardiniam uenit. ij montosa insulæ occuparunt: & ab incolis Corsici appellati sunt. Tempore autem illo quo res Atheniensium florebat maxime, classibusq; & maritimis uiribus plurimum poterant, uniuersam quidem illi insulam in sui dictionem facile redegerunt: præter Ilienses & Corsos, qui propter inaccessos difficilesq; locorum situs liberi perseuerarunt. Vrbes autẽ Caralin & Syllos condiderunt. Cum autem in prædæ manubiarũq; ut fit, distributione inter auxiliares Iberos & Pœnos contentio primum: mox etiam ardens conflata sedi-tio fuisset, assumptis armis: & ij in mõtium secesserunt iuga, ibiq; sedes suas constituerunt, qui à Cyrenensibus postmodum baleares sunt appellati. Sic enim illi patria lingua transfugas uocant. Et hæc sunt conuenarum genera omnia, quæ in Sardiniam ueniſſe, insulamq; ut diximus, eam incoluisse perhibentur. Cæterum ea insulæ pars, quæ ad septentriones & Italiam uergit montosa sane est & aspera, alijs alios continenter excipientibus montibus, portusq; nonnullos illhac nauigantibus præbere potest, uerum inconstantes rapidæq;

Cyrnus insula quæ Corsica

Corsi

Baleares

Sardiniæ situs

pidæq́ uentorum procellæ à montium uerticibus sæ/pius in mare deuolutæ/periculosos ancipitesq́ faciunt accessus. In insulæ uero media regione montes etiam sunt, sed mitiores humilioreśue, ubi & aer crassior est & concretius cœlum: & ideo insalubris & pestilens est is tractus. Hoc autem ideo euenire dicitur/ quia & syl/uæ ibi sunt,æstuq́ sales coquũtur, & ea pars insulæ no to maxime est exposita,qui creber & uehemens ibi fla re solet. Præterea Boreæ refrigerantes alioquin & salu/tares æstatis tempore flatus, montium arcentur obie/ctu,quos è regione Italiæ altissimos id insulæ latus cõ/tinenter obtinere diximus. Sunt etiam qui dicant, Cor sicam, quæ octo dumtaxat stadijs à Sardinia distare fertur, montosam & per totum eleuatiorem hac obie/ctam parte, Boream & Zephyrum ne humiliorem perflent Sardiniam prohibere. Serpẽtes insula nec ue/neno letales, neq́ innocuos etiam ullos alere perhibe/tur. Lupi autem in illa agrestes inueniuntur/magnitu/dine quidem à cæteris aliarum regionum lupis nõ dif/ferentes: corporis autem admiranda forma conspicui. Siquidem agrestibus similes arietibus sunt armis uillo sioribus, cornua uero habent non à fronte exeuntia & in longum extensa,sed secundum aures conuoluta. Mi ra autem corporum uelocitate uel omnia animalia fa/cile superare dicuntur. Stirpibus uero herbisq́ omni/bus uenenatis & noxijs caret insula,una dumtaxat ex/

Serpẽtibus caret Sar/dinia

De lupis Sardiniæ

cepta, quæ Apio similis circa fontes riguosq; illius tractus nascitur, neque tamen illis noxias impartire uires dicitur: hanc siquis gustauerit perpetuo risu commoSardonius risus ri illum autumant. Quamobrem & Homerus: & post ipsum omnes ferè cachinnos eos qui nullius boni causa subdole fiunt, Sardonium risum appellauerũt, resq; illa prouerbij postmodum locum occupauit.

Amphictyonum contra Cirrhæos expeditio, & Cirrhæorum interitus. Cap. 11

CIrrha Phocidis maritima ciuitas fuit, huius aliquando accolæ & multa impie in Apollinem patrauerunt: & ei consecratã regionis partem in prophanos sibi usus uendicare ausi sunt. Quamobrem Amphictyones penes quos sacrarum Apollinis rerum administratio erat, illis bellum indixerunt, ad quod geClisthenes Sicyoniorũ tyrannus. rendum Clisthenẽ Sicyoniorum tyrannum sibi in ducem elegerunt, Solonemq; Athenis accersiuerunt: ut Solon eius cõsilio & opera in expeditione illa penitus uterentur. Nam percunctantibus illis, deumq; pro uictoria consulentibus, respõderat hoc maxime modo Pythia. Non prius expugnatæ ciuitatis turres deijcere uobis dabitur: quàm sacratam mihi regionẽ amphitrites inundabit æstus: sonansq; desuper cõmeabit mare. AdAmphictyones monuit igitur Amphictyones Solon uniuersum Cirrhæorum tractum Apollini uouere: ut deo cõsecratæ regioni mare uicinum fieret. Alia quin etiam usus est

contra

contra Cirrhæos arte Solon: aquã enim quæ manu facto opere in urbẽ confluebat: alio canalibus deriuauit. Quamobrem siti in urbe haud multo postea laborari planè cœptũ est. Nihilo tamen secus Cirrhæi & aqua pluuia (si qua fortè deciderat) collecta, & frequentibus tota urbe effossis puteis aliquandiu obstinatis animis obsidionem tolerarunt. Cæterum Solon ellebori radicibus ubi aquam illam canalibus collegerat aliquãdiu maceratis, postquàm inde satis medicatas esse aquas, uirusq; ab herba sufficienter contraxisse noxium animaduertit, per solitum aquæ ductũ illas in urbem ferri permisit. Ingurgitantibus igitur sese (ut par erat) in tam diutina siti nullo respectu Cirrhæis, alui fluor ad eo uehemẽs illos inuasit, ut crebris & penè assiduis dejectionibus, neq; stare pro muris, nec arma ferre possent, sed custodias etiã ipsas relinquere sint coacti. Et hoc Cirrha modo subacta in Amphictyonum potestatẽ deuenit, qui supplicio de Cirrheis sumpto urbem ipsam Delphorum nauale posthac esse uoluerunt.

Cirrheorũ interitus

Cirrha Delphorum nauale

De Lepreo in edacitatis certamine ab Hercule superato & ab eodem interfecto, & de lepræ morbo. Cap. III

LEpreũ ciuitas iuxta Elidem fuit, à Lepreo, ut aiunt, Pyrgei filio cognominata, hunc Lepreum fama est Herculẽ in edacitatis certamen aliquando prouocasse, deumq; haud quaquã illud renuisse. Cum autem sibi uterq; integrã bouẽ in epulis pro pulmento concinnauisset,

Lepreus Pyrgei

uisset, Lepreum ferunt hac in re minime ab Hercule superatũ discessisse. Postea uero hoc elatus successu cum secundo etiam ad luctæ certamen Herculem prouocauisset, ab illo facile superatus & interfectus fuisse perhibetur. Sepultum autem in Phigalensium agro Lepreum ferunt. Cæterũ sunt qui lepreatas dicant à Leprea Pyrgei filia, quæ illis sedes habitandi & locum dedisset, fuisse cognominatos. Nonnulli uero quia primos regionis illius accolas lepræ morbus inuaserit, ideo lepreatas appellatos fuisse autumant.

Hercules Leprei interitus

Lepræ morbus

De ara & sacris placidorum deorum. Cap. IIII

APud Myoneam, quæ ciuitas non procul à Naupacto in excelsi montis uertice sita fuit, Lucus & ara placidorum deorum, quos Græci θεοὺς μειλιχίους uocant, ostẽdebatur, quibus & nocturna fieri sacra & uniuersas uictimarũ carnes noctu absumi priusquàm exoriretur sol, in more positum fuerat.

Placidorũ lucus deorum

De Cocci stirpe, & animali in illa nato cuius sanguis lanarum erat infectio. Cap. V

AMbrosus ciuitas in ipsis Parnasi radicibus sita, subiectos habuit ditionis suæ agros cum uitibus cæterisq; pomiferis arboribus consitos & fertiles: tum quibusdam etiam stirpibus insignes, qui ab Ionibus quidem reliquisq; Græcis cocci, à Galatis uero, qui supra Phryges habitabant patria illorum lingua ys appellabãtur. Erant autem Rhamno magnitudine haud absi-

absimiles: folia uero molliora nigrioraq; quàm Lentiscus habebant: in reliquis autem illis quàm similia fuisse perhibentur: fructum autem ciceris magnitudine Strychno similem ferebant. Cæterum in cocci fructu illo paruum innasci animal proditum est culicis formam habens: quod si alioquin fructu matureſcente augeri permissum foret: tempestiue enatis alis euolabat. Verum antequàm id consummaretur animal quibus id curæ fuerat: cocci fructus colligere solebant, lanarumq; postmodum præclara erat infectio paruuli illius animalis respersus cruor.

Puerorum apud Lacedæmonios decertatio in loco qui Platanista uocabatur, & ubi apud Græcos canis immolaretur. Cap. VI

LAcedæmone locus fuit Platanista nuncupatus, à Platanis (ut opinor) inuento nomine: quæ pulcherrimæ ibi altissimæq; continenter consitæ uisebantur: ubi Lacedæmoniorum adolescentes (ut moris fuerat) inter se pugnare consueuerant: hunc locum aquarum circumfluentium cingebat Euripus, non secus quàm à mari insulas cingi circundariq; uidemus. Transitus autem in illũ adolescentibus per pontes dabatur: in quorum capite quidem altero Herculis erat simulachrum: in altero uero Lycurgi statua collocata fuerat, eius qui leges Lacedæmonijs non solum ad rei publicæ gubernationem: uerum etiam ad puerorum certamina perti

Lacedæmone puerorum decertatio

b nentes

nentes exquisite constituisse dicitur. Quæ huiusmodi fuisse perhibentur. Ante certaminis illius constitutum diem, utraq; puerorum factio in Phœbæo rite rem diuinam faciebat Martiq; catulum immolabat, bellicosissimo deorum, ualidissimum inter domestica animalia se offerre rati. Canis autem partum (ut fertur) nulli Græcorũ præter Colophonios immolare in more habuerunt: nam & ij Enodio deo: nigrum catulum antiquitus mactare solebant. Nocturna autem utrobique & Colophone & apud Lacedæmonios huiusmodi fuisse perhibentur sacra. Cæterũ sacris rite peractis, adolescentes illi mares porcos ad id educatos & instructos præ sese agentes, stimulabãt, & inter se cõcurrere compellebant. Quorum autem uicissent sues, hos ut plurimum cõstans erat fama: uictoriam de aduersarijs suis facile reportare solitos. Et hæc quidem illi in Phœbæo feciſſe perhibentur. Postridie uero paulum ante meridiem per pontes in locum illum pueri euadebant: quà autem quæque illorum factio & manus transire debebat: nocte quæ illum præcesserit diem extractis sortibus edocebatur. Illuc ingressi postea inter se pugnis & calcibus contumaciter decertabant, atq; in oculos inuadere, mordicusq; se inuicem furenter conuellere dicebantur, & tum singuli cum singulis cõcurrere, tum uniuersi etiam uniuersos inuadere solebant, studioq; & uiribus certare omnibus ut aduersarios loco mouere: &

Colophonij enodio immolabant

illos

illos uiolenter in aquam propellere ualerent. Hinc pueri domestica disciplina edocti in bellorum discrimine & stare in acie, ordinesq́ cõstanter seruare nouerant: & aduersarios ferire propellereq́ scienter & ualide pugnando poterant.

De Dædali Simulachris, & Ariadnes choro. Cap. VII

DVo Dædali manu constructa simulachra apud Bœotios fuisse memoriæ proditum est: Herculis scilicet Thebis alterum & penes Lebadenses Trophonij alterum. Eiusdem etiam artificis totidem in Creta fuisse perhibentur. Britomartes in Polinite oppido: & apud Cnosios ex albo lapide Ariadnes chorus, cuius in Iliade meminisse uidetur Homerus his carminibus, *Dædali simulachra*

Εν δὲ χορὸν ποίκιλλε περικλυτὸς ἀμφιγυήεις
Τῷ ἴκελον οἷον πότ' ἐνὶ γνωσῷ εὐρείη
Δαίδαλος ἤσκησε καλλιπλοκάμῳ ἀριάδνῃ. *Homerus*

Hunc etiam Ariadnes chorum apud nos Propertius signasse illo carmine uidetur cum ait,
Egit ut Euantes dux Ariadna choros. *Propertius*

Fuit etiam apud Delios eiusdem artificis Veneris imagũcula iniuria temporis dextra manu mutila, quæ quadrata basi pedum loco sustentabatur. Hoc simulachrum Ariadnam à Dædalo accepisse tunc cum Theseum cõsecuta est ferunt. Theseum autem ipsum cum Ariadnã in Dia reliquisset, sublatam imaginem illam Apollini postmodũ Delio consecrasse autumant: neq́ *Ariadna à Theseo in dia derelicta*

secum domũ ferre uoluisse, ne scilicet illius assiduo conspectu memoria refricata, languidos amoris & desiderij sui igniculos excitaret. Non me præterit Dædali simulachra apud antiquos illa fuisse appellata quæ machinis quibusdam intrinsecus commotis moueri & discurrere uisebantur, quæ αὐτόματα etiam fuere appellata, de quibus in Menone meminit Plato, & Aristoteles etiam de Vulcani & Dædali Tripodibus ex se commotis mentionem facit, qui sponte sua in certamen prodijsse ab Homero poëta dicuntur: & in Apollonij Tyanei scribitur uita Tripodes quosdam aureos in Hyarbæ gymnosophistæ conuiuio seipsos motasse: aureos quinetiam pincernas & structores cõuiuis operam suam præstasse.

De Phlegyarum impietate & eorum interitu. Cap. VIII

Phlegyas. Eteocles orchomeniorũ tyrannus

EX Chrysa Almi Orchomenij filia, & Marte Phlegyam genitum fuisse fama est. Hic cum Eteocles Orchomeniorũ tyrannus sine liberis diem suũ obijsset factionibus pollens: & bello clarus illius regnum uiolenter dicitur inuasisse, à quo regio uniuersa, quæ prius ab Andreo Eteoclis patre, andreis dicebatur, Phleguantis postea commutato nomine est appellata. Primum autem regionis illius nomen in unica duntaxat ciuitate remansit, quæ Andreis semper est appellata. Condidit autẽ hic Phlegyas & oppida plera(que), & inter alia

Phlegya c.

unum percelebre, quod à nomine suo Phlegyã denominauit:

minauit: & in illud ex uniuersa Græcia omnes manu prõptos, belloq; strenuos uiros summa cura deduxit: qui procedente tempore cũ ab alijs Orchomeniorum populis uiribus & audacia freti defecissent, breui uicinorum agros crebris incursionibus & latrocinijs infestare cœperunt: & ad tantum postremo insaniæ furorem delapsi sunt: ut ad templum etiam Apollinis Delphici expilandũ magna sibi similium comparata manu impie accessisse dicantur. Qua tempestate Philanionem argiuum memoriæ proditum est cũ selectorum ciuium manu, templo suppetias ferentem ad internitionem concisum fuisse: omnesq; pariter cum illo Argiuos interijsse. Phlegyas autem istos & bellis assuetos fuisse, & rapinis cædibusq; quàm maxime gaudere solitos, in Iliade refert Homerus, ubi de Marte & Phœbo eius filio cecinit: cum quibus Ephyros & magnanimos Phlegyas armari solitos fuisse dicit. Fuere autem Ephyri Thesprotium in Epiro fortis & bellicosa natio. Phlegyarum uero gens uniuersa funditus (ut fertur) interijt, fulminibus & terræmotibus omni deuastata regione: ijsq; qui à tali superfuerant clade paulo post morbo etiam absumptis. Paucis autem casu cum ad Phocensium dictionis finitimos agros aufugissent, tantam declinare calamitatem peculiariter est datum, Phlegyę, quinetiam illius, eiusq; cum in deos impietatis, tum in homines ipsos iniustitiæ Virgilius in sexto

Phlegyarũ impietas

Homerus

Phlegyarũ interitus

Æneidos ſuæ meminit his carminibus,

Phlegyasq́ miſerrimus omnes
Admonet & magna teſtatur uoce per ūmbras.
Diſcite iuſtitiam moniti & non temnere diuos.

De Dionyſij apud Elienſes tēplo & miraculo quot annis in eo apparente & de celebri apud Andrios Dionyſij die. Cap. IX

Dionyſij feſtus dies

INter reliquos præcipūe deos Dionyſiū Elij coluiſſe feruntur, quem quot annis in ſolenni quadā diei celebritate, quam thyam uocabāt ad ſe accedere ſolitum conſtanter aſſeuerabant. Locus autem is ubi feſtum illud religioſe celebrare conſueuerant, octo ferè diſtans ab urbe ſtadijs uiſebat, ubi in ſacello quodam tres uacuos lebetes ſacerdotes ij quibus id muneris demandatum erat, iuxta ſe poſitos conſtituebant, præſentibus & alijs quicunq; adeſſe uolebant, & ſi qui conuenæ forte fortuna tūc in Elide reperirentur: poſt hæc ſacellum illud ijdem claudebant obſignabantq́ ſacerdotes, & ſi quiſpiam illorum qui aderant alius id facere cupiuiſſet, permittebant. Poſtridie autem eius diei ad locum illum reuertentes, ſigna quidem (ut fertur) integra omnia illæſaq́ue in poſtibus cernebant. Ingredientes autem tres illos lebetes uino plenos offendebant. Et hæc quidem ſibi elios quōſdam ſpectatę fidei uiros, nec non hoſpites & nōnullos iuratos affirmaſſe Pauſanias memoriæ prodidit, nanq; ipſe quominus

Miraculum

id

id uiderit in causa fuisse scribit quod ad eius celebritatis constitutum diem Elidem non accesserat. Refert etiam Andrijs quotannis Dionysij celebri apud illos die sponte sua uinum ex illius templo copiose profluere solitum fuisse.

De Alexandri somnio & smyrnæ ædificatione, & quod plures Nemeses à smyrnæis colebant. Cap. x

De Smyrnæ nouæ origine. Alexander magnus

ALexander Philippi diuino admonitus somnio Smyrnam nouam condidisse eam ob causam dicitur. Cum enim lassus aliquando ex Pago monte ubi uenationibus diurnam impenderat operã descendisset: & ad Nemesium templum quod non multum inde aberat peruenisset: perspicuum q; iuxta templi limina fontem platano pulcherrima secundum aquas enata superne opacatum comperisset, loci amœnitate perlectus: & simul defatigationum langore inuitatus paulum ibi quiescere statuit: quem (ut in ijs assolet) cũ placidissimus oppressisset somnus, ab eo postea experrectus: uisas sibi per quietem Nemeses familiaribus suis rettulit, easdem q; districte iussisse: ut illic urbem cõderet, Smyrnæosq; ex ueteri oppido in eam ciuitatẽ deduceret. Misisse igit hac pro re legatos Smyrnæi cum sedes mutare cogerentur Clarium Apollinem percunctaturos dicũtur: quibus cũ respondisset Pythia terq; quaterq; beatos illos fore quibus Pagum è regione sacræ Mileti iacentem habitare cõtigerit: Deo parentes

Oraculum Smyrnæis datum

illi

illi spõte sua hilares sedibus proprijs exijsse perhiben/ tur. Fama autem est Smyrnæos plures coluisse Neme ses, easdemq; nocte satas tradidisse: nam & Athenien ses ij qui Rhamnitem incolebant: patrem etiam illa/ rum oceanum perhibuisse dicuntur.

De Herculis simulachro ex Tyro sponte sua profe/ cto, & quomodo apud Erithreos collocatũ. Cap. XI

IN Erithris Ioniæ ciuitate simulachrum Herculis uel antiquitate ipsa in primis spectabile fuisse ferũt: non enim ijs simile erat quæ aut æginetica: aut attica anti/ quioris notæ simulachra nuncupabantur. Verum hu/ iusmodi, ut si quispiam illud accuratius diligentiusq; examinare & perspicere uoluisset: Ægyptiæ potius ar tis opus coniectari illud nõ ab re potuisset. Hoc autem ex Tyro phœniciæ ad ea loca sponte sua rate quadam perueniisse constans fuerat fama. Qua uero causa illuc delatum neq; ipsi memorabant Erithrei, neq; à quo/ piam ueterum scriptum reperitur. Hoc tantum/loci il/ lius accolæ narrabant: ratem scilicet illam ad promon/ torium regionis illius quoddam quod Medium appel labatur marino æstu applicuisse. Erat autem promon/ torium illud uere medium inter continentẽ ubi est Ere thriensiũ portus: & Chium insulam. Appulsa igitur il/ luc cum simulachro rate: summo studio utrinque Eri/ threi: & Chij simulachrũ illud ad sese trahere cupien/ tes decertasse feruntur: sed incassum (ut aiunt) utrorũq; aliquan/

Herculis simulachrũ

aliquandiu labor & opera absumpta est. Donec Eri- *Phormio Erithreus*
threus senex quidam nomine Phormio, qui prius pi-
scator fuerat eaq; arte victum aliquandiu quæritaue-
rat: & tunc ex morbo quodã diutino uisum forte amise
rat: nocturno admonitus somnio: iussit ut mulieres
Erethrienſium comas tonderent suas, funemq; imple-
xis crinibus efficerent: fore enim ut fune illo alligata ra
tis se trahentes facile sequeretur. Cum autem nobiles
fœminæ quęcunq; genere opibusq; pollebant senis di
cta neglexissent, nonnullæ quæ Erithris aderãt natio-
ne Thressæ: quæ ex seruitute libertatem iam adeptæ il
lam sibi patriam fecerant, Seni obsequutæ crines sibi
suos ad funem conficiendum haud cunctanter cecidis-
se feruntur: quo alligata postmodum ratis facile, ut di-
xerat ille, se trahentes est consequuta. Templum igitur
Herculi celeberrimum Erithrei extruxere: in quo solis
Thressis mulieribus ingredi fas fuerat: funemq; illum
ex crinibus confectum per multa postea seculorũ curri
cula: ab eiusdem loci accolis religiose custoditum fuis-
se memoriæ proditum est. Quin etiam ferunt senem il
lum piscatorem oculorum recuperata acie, per omnem
postea uitam clarissime uidisse.

De Agamemnonis sceptro apud Chæroneos culto. Cap. XII

CHæronei qui in Bœotia sunt, inter alia deorũ nu-
mina præcipue sceptrum illud coluisse feruntur:

quod ut Homero placitū est Vulcanus Ioui in primis fabricasse perhibet. Iuppiter autē illud Mercurio tradi disse, qui Pelopi dono dederat, Pelopsq; illud Atreo postmodū habendū reliquerat. Atreus uero Thyesti filio, à q̄ illud ultimus acceperat Agamemnon. Illud igitur sceptrū tanq; præsens numen uenerabant Chæroneī, hastamq; uocabant. Præ se ferre autē diuini quippiam sceptra ipsa, uel ex hoc clarissime est uidere: quia inter homines maxima dignationis reuerentiæq; existimatio ab illis esse censet. Dicunt autē in Chæroneorum Panopeorūq; qui Phocensiū sunt dictionis limitibus sceptrū illud repertū fuisse cū auri magno quodā pondere: & Panopeos quidē aurū illud sponte sua uolentesq; accepisse: Chæroneos aūt pro auro sceptrū libentissime cōmutasse. Cæterū fuisse illud in Phocēsiū agro ab Electra Agamemnonis filia humi defossum, memoriæ proditū est. Colebat uero apud illos non ut cætera colunt numina, tēplo arisue publice cōstructis: sed quot annis sacrorū Antistes illud penes se domi suæ habebat, singulisq; diebus hostias illi immolabat rēq; diuinā faciebat. Mensaq; illi uariarū referta carniū liborumq; & omniformiū placentarū semper astabat.

Apud Chæroneos sceptrū pro numine cultum

De sceptro Agamemnonis

De Aesculapij templo Naupacti, & de Anyta poēta & Phalysio à lippitudine liberato. Cap. XIII

FVerat Naupacti antiqui sanē operis percelebre Æsculapij tēplū, cuius extructionis huiusmodi dicitur

citũr fuisse cauſa. Phalyſius quidã nomine loci illius ac cola priuatæ uir cõditionis, ſed diues admodum fuiſſe perhibet: Is cũ oculorũ lippitudine laboraret: nullisq; leuaret medelis: ſed morbo quotidie inualeſcente male ſe haberet, haud procul iã aberat, ũt penitus oculis priuaretur. Cæterũ ſub ijſdem ferè diebus Anytam illam quæ poëmata mirifice cõſcripſiſſe fertur Epidauri cõmorãtẽ, Deus (ut aiũt) per nocturnã admonuit quietem: ut obſignatas tabellas, quas manu tenere & ſibi porrigere uiſus eſt, Naupactum perferret, Phalyſioq; redderet. Experrecta Anyta cũ quas per quietem uiderat obſignatas tabellas, manibus ſe tenere percepiſſet, rei miraculo permota: ut erat Naupactũ ſtatim trãſmiſſe dicit, tabellasq; illas Phalyſio reddidiſſe, & eas ut ꝓpria manu reſignaret quæue in illis ſcripta erãt legeret iuſſiſſe: ille autẽ cũ ſe id fruſtra facere crederet (haud leniter enim cęcutiebat) uerbis tamẽ illius admonitus, & bona cũ ſpe aliquid ſibi forſitan ab Æſculapio proſperi peruenturũ expectans, ceras illas reſignauiſſe, ſubitoq; oculorũ amiſſam aciem recuperaſſe dicit: Anytæq; poſthac tribuiſſe id quod in tabellis illis ſcriptũ ſe ctitauerat: fuiſſe aũt duũm milliũ pondo aureorũ ferũt

Phalyſius

Anyta poëtria

Miraculum

De Cytherone Plateenſium tyranno, & de Dædala apud Plateenſes appellato feſto die. Cap. XIIII

PLateis in Bœotia Iunonis ſedens fuerat ſimulachrũ Callimachi opus, quod deſponſatæ Iunonis

talem ob cauſam cognominatum fuiſſe ferunt. Iunonem autumant Ioui aliquãdo ſubiratam in Bœotiam ſeceſſiſſe: quæ cum nullis placari poſſet blanditijs, Iouem ferunt ad Citheronem tunc Plateis regnantem & loci tyrannum acceſſiſſe. Erat autem Citheron cum ſapientia inſignis, tum rerũ exercitatione & uſu ea tempeſtate inter omnes tractus illius accolas facile primus. Hunc igitur Ioui conſuluiſſe: ut ligneam ſtatuam fabrefaceret, & ueſtibus gemmisq; necnõ nuptiali cætero cultu ornatam in currũ quempiam imponeret in uulgusq; diſſeminaret: ſe Plateam Aſopi filiam in matrimonium ducere decreuiſſe. Paruiſſe Citheronis conſilio Iouem ferunt, & ornata iam ſtatua magnifico ferebatur uehiculo, cum Iunonem Zelotypiæ aiunt percitam ſtimulis, œſtroq; permotam cupidinis, ocius aduolaſſe currumq; ingreſſam ſtatuæ primum ueſtes unguibus dilaceraſſe, mox ligneum ſimulachrum pro noua nupta cõperientem, fraudeq; illa delectatam & in riſum profuſam, Ioui nullo negocio poſtmodũ reconciliatam fuiſſe. In cuius redintegratæ memoriam gratiæ feſtum Plateenſes quod Dædala uocabãt, quot annis celebraſſe. Antiqui enim ſimulachra omnia Dædala appellare cõſueuerant, ante etiam quàm Dædalus Palamaonis filius Athenis natus eſſet: cui ego cognomẽ illud à Dædalis, id eſt ſimulachris additum: & non ab initio impoſitum fuiſſe nomẽ, uel facile hac præſertim

Citheron tyrannus

Platea Aſopi filia

Feſtum Dædala appellatum apud Plateenſes.

Dædala omnia ſimulachra uocitata

ductus

ductus ratione contenderim. Celebrabant autem Dædala Plateenses hoc maxime modo. Sylua fuerat iuxta Alalcomenas ingẽs in qua genitæ quercus omnes Bœotiæ arbores magnitudine facile superabant. Hoc in nemore Plateenses coctas secum afferentes carnes, & in frusta desectas libere exponebant. Aues autem reliquas quæ (ut par est) ad exposita aduolant esculenta pro nihilo habebant, Solos uero obseruabant coruos: & quem primum rapta esca uidissent auolantem, oculis illum quàm maxime poterãt persequebant, obseruabantq; arborem in quã primo animal illud consedisset: eaq; diligenter animaduersa & notata Dædalum ex illius stipite postea exquisitissime fabricabant: illud enim simulachrum (ut diximus) antiquo nomine Dædalum appellare consueuerunt.

Mos Dædalorum Plateensibus

De Dracone apud Thespienses, & quomodo à Menestrato sit interfectus. Cap. XV

THespiensibus urbe in media Iouis cognomento Saotis templum fuerat cũ æneo Dei simulachro conspicuum. Vulgo autem fama fuit hac maxime de causa hoc illi inditum fuisse cognomẽ. Cum magnum quiddam horrendi Draconis monstrum urbem penitus deuastaret: neq; hominum ingenijs uiribusúe expelli id monstrum aut exterminari posset, consultum Deum illis mandasse ferunt: ut quot annis adolescentulum sorte deligerent quempiã, quem feræ deuoran-

Iouis Saotis simulachrũ

dum continuo traderent, haud enim aliter cæteros ũr/bis accolas saluos esse posse. Hoc igitur per aliquot fa/ctitatum fuisse annos constans fama fuit, quamuis illo rum, qui perierunt nomina à Thespiensibus non sint

Cleostratus puer

memoriæ prodita. Cæterũ ad Cleostratum quendam ephebum pulcherrimum aliquando sortem illam de/uolutã fuisse ferunt. Hic amatorem habebat quendam

Menestratus

Menestratum nomine, uirum tum suapte natura stre/nuum, tum amoris etiam stimulis audacem magis & intrepidum. Qui dilecti pueri crudelem mortem, haud æquo ferens animo, seq; pro illo belluæ offerre cupiẽs æneum construxisse fertur Thoracem, cuius in singulis squamis unco inferne conuerso ferreus inerat hamus. Hoc indutum Menestratum pro amato puero Draco ni sese sponte obtulisse ferũt, tali consilio, ut & ipse pla/nè periret, & ferã simul interficeret, quod euenit. Quã obrem templum postea cum simulachro Iouis cogno/mine Saotis, eo loci à Thespiensibus exædificatum fuisse perhibetur.

De Lini in Elicone simulachro, Linicq; ipsius interitu & de Nenia quæ Linus appellabatur. Cap. XVI

Lini simu/lachrum

IN Elicone Bœotiæ mõte prope Aganippes fontem in paruo quodam specu Lini simulachrũ fuerat col/locatũ, huic accolæ quot annis antequàm Musis rem diuinam facerent parentare cõsueuerant. Fama autem est, Linũ hunc Vraniæ & Amphimari filiũ fuisse, Am/phimarum

phimarũ uero Neptuni filiũ autumant. Hic omnes ſui temporis muſicæ peritos, & ſuperiores etiam longe ſuperaſſe dicit. Quamobrem cũ Apollini æqualis in arte haberet, ab illo interfectũ fuiſſe aiunt. Lino autẽ extincto Nenia quæ ob illius mortẽ decantata eſt adeo celebris eſt habita: ut nõ modo uniuerſam Græciã, ſed multas etiã Barbarorũ regiones peruagata ſit. Siquidem Ægyptij funebrem habuerunt cantũ Linũ, quẽ patria lingua Imaneron illi uocarunt. Ex Græcis aũt quicũq; in poëtica clari fuere, Homerus quidem in Achillis clypeo: utpote qui probe norit cantionem hanc Linũ uocitatũ apud Græcos eſſe / percelebrem / puerũ citharœdum Linũ canentẽ facit. Pamphos autẽ ille qui Athenienſibus uetuſtiſſimos cõpoſuit hymnos, Lini etiam meminit: quę ode tẽpeſtate illa florentiſſima eſſe uidebat, mœrore adhuc qui propter Lini mortẽ ſuſceptus fuerat nõ penitus obliterato. Sappho quinetiã Lesbia à Pãpho ipſo (ut uidet) accipiens, Lini etiã huius in ſuis carminibus meminit: nonnulla præterea Thebani memoriæ ꝓdidere, q; poſt hũc ſcilicet Linũ alter fuerit Linus, qui Iſmenius cognominatus eſt, quẽ adhuc puer Hercules interfecit, dũ apud illũ muſicæ operã nauaret

Linus ab Apolline interfectus

Nenia linus appellata

Pamphos poëta

Sappho

De Orphei Tumulo in monte Olympo & de Lybethræ urbis interitu. Cap. XVII

IN monte Olympo ea in parte qua Macedoniam proſpectat Lybethram ciuitatem aliquando fuiſſe ferunt:

Lybethra ciuitas

Orphei tumulus

ferũt: iuxta quam Orphei Sacer Tumulus uiſebatur: peruenisse autẽ ad Lybethrios ex Thracia oraculum à Libero patre fama eſt, ut ſibi bene cauerẽt, nam cum primum ſol Orphei uidiſſet oſſa, fore ut ipſi ciuitasq; ipſorum à ſue funditus euerteretur. Lybethrij autẽ hęc Dionyſij præfata nec pili quidem feciſſe dicuntur, utpote qui urbem tam ualidam & munitam à fera capi ſue aut deuaſtari nequaquam in animo inducere poterant. Verum quando dijs ſic uiſum eſt, hoc illis euenisse dicitur. Paſtor quidam (ut aiunt) circa diei medium, iuxta Orphei ſepulchrum conſedit, capiteq; in illud inclinato obdormiuit. Cum autem magna & ſuaui quadam uoce inter dormiendum Orphei carmina decantaret: Paſtores primo quidã qui haud procul à tumulo oues paſcebant ſuas, cantus ſuauitate pellecti, mox aratores etiam nonnulli & ruſtici, aratra operaq; relinquentes ſedulo accurrerunt. Cumq; omnes pro miraculo (ut res erat) ducerent rudem alioquin, & omnium ignarum paſtorem odas & carmina in ſomnis canentem: & alter alterum auſcultandi ſtudio: ut propior illi fieret ſine reſpectu propelleret, forte fortuna euenit, ut colũna illa ſupra quã urna cũ Orphei oſſibus inerat impulſa ſubuerteretur: difractaq; teſta Orphei reliquias ſol aſpiceret. Statim autẽ (ut ferẽ) nocte proxima cõtinuis & maximis pluit imbribus: quibus Sus nomine torrens ab Olympo decurrens increuit adeo: ut oppi-

di

di muros subruerit, deorũq; tẽpla omnia prostrauerit: ciuitatẽq; etiã ipsam cũ habitatoribus: ut oraculũ præmonuerat: ruinis uorticibusq; oppresserit & inuoluerit

De Phalanto Spartiate qui Tarentum occupauit, & de Tara eius urbis conditore. Cap. XVIII

TArenti Coloniã deduxisse Spartiatem quendam Phalantũ nomine apud ueteres legit, qui cũ à patria discessurus, Apollinẽ hac de re cõsuleret, huiusmodi habuisse oraculũ dicitur: tũc scilicet regionẽ sedesq; sibi destinatas repertutũ, cũ pluuia ab Æthra descendẽte largius humesceret. Discessit igit (ut par erat) animi dubius & curarũ plenus, neq; ipse oraculum intelligens: neq; à quopiã oraculorũ perito illud ediscere ualens: prosperaq; posthac nauigatione usus ad Italiæ delatus est oram, ubi cũ nauibus egressus barbaros ea loca incolentes acie superasset, neq; regionẽ obtinere ualuit, neq; aliquã urbiũ ui capere potuit. Quãobrem oraculi recordatus, idq; exquisitius examinans & perpendens, credebat ea sibi deum quæ effici nullo modo possent proculdubio mandauisse. Sereno enim cœlo pluere, haud quaq; sibi possibile esse uidebatur. Cũq; hanc rem mœstus animo uolueret: & nihil iam in spe amplius haberet, capite in uxoris gremium deposito, quæ uirũ domo proficiscẽtẽ prosequuta fuerat, profunde obdormiuisse fertur. Mulier autẽ quæ uirũ suũ unice diligebat, ipsum intẽtis respiciens oculis, cũ illius fru-

Phalantus Spartiates

Aethra Phalanti uxor

ſtra ſuſceptos ante labores, futurosq; periculorũ caſus animo ſecũ uolueret, ubertim flere cœpit, adeo ut proci dẽtibus affatim lachrymis, Phalanti caput largius humectaret, à quibus facile experrectus ille oraculũ tandem cõiectatus eſt: & quo Dei præfata tenderent planè intellexit. Vxori nanq; illius Æthræ nomen fuerat inditum. Quamobrem ſpei plenus, nocte ſequenti Tarentũ maximã feliciſſimãq; maritimarũ eo tractu urbiũ inuaſiſſe & cepiſſe dicit. Nomẽ aũt illud urbi nec non præterfluenti illã Taræ amni, Neptuni & indigetis nymphæ filiũ dediſſe Tarã pro cõſtanti accolæ tenuerunt. Noſcq; Tarentinorũ argentea quædã Numiſmata antiquiſſimi operis uidimus, quorũ in altero quidẽ latere Taras ipſe Græcis atteſtantibus literis arcum manu retinẽs, & Delphino reſidẽs uiſebat: altero uero uir quidã equo uectus: & enſe latus ſuccinctus, intentã dirigebat haſtã. Volentibus (ut opinor) urbis illius tũc accolis & originis ſuæ ſignãter declarare principia: & qua re maxime cenſerent oſtẽdere. Equeſtri autem militia Tarentinos ualuiſſe, cũ multa alia, tũ Equeſtris cuiuſdã ordinis cõſtitutionisq; modus apud Græcos Tarentinus cognominatus indicio eſſe poteſt.

Taras Neptuni filius

De Sauromatum in bellando arte, deq; illorum miris thoracibus. Cap. XIX

SAuromatum regio neq; ferri metalla habuiſſe ulla, neq; illius accolis à quopiam ferrum importari ſolitum

tum fuisse dicitur: quippe quibus cũ nullo exterorum commercia aut usus esse consueuerit: ob eam igit rem, huiusmodiq; penuriam, cũ multa alia ad bellicos usus utiliter inuenere Sauromatæ: tũ ut sagittas missiliaq; cętera & tela cuspidibus osseis armarẽt: primi ingenio se machinati sunt. Cathenis quinetiam quibusdam in bellorũ discrimine utebantur: quibus hostes quoscũq; sibi casus obtulisset, inuoluentes & implicantes: inde postmodum quàm maxime poterant cõcitatis equis, illos faciliter ad terram trahebant. Thoraces autẽ suos hoc maxime effecisse modo perhibẽtur. Equorũ unusquisq; mediocris etiam conditionis uir, satis ampla pascebat armenta, eiusq; pecoris qui uis apud illos priuata peculia possidebat. Cum enim neq; diuisa in priuatos usus esset regio, neq; aliud quippiam præter syluestrem materiam: & sponte nascentes ferret stirpes, omnibus ad tales alendos greges abunde sufficere pascua poterant. Iis igitur & ad bellicos simũl usus: & ad Deorum sacras ceremonias utebantur. Illosq; præterea in promiscuo etiam uictu pro gratissimis habuisse dicuntur escis. Vngulas igitur colligentes Equinas expurgabant prius: & illas in frusta secabant: ex quibus postea defectis squamulas quasdã, draconũ haud absimiles squamis, siue pineę pomis (si quis forte draconẽ nõ nouit) efficiebant. Has postmodũ equorũ boumq; neruis colligantes consuebant, firmosq; ex ijs thoraces

Sauromatum Thoraces ex equorum ungulis constantes.

conficiebant: qui neq; specie ipsa, neq; robore & firmitudine Græcis thoracibus inferiores erant. Eminus em̃ missiliũ generi, cominus uero & in stataria pugna contorũ ictibus thoraces ij firmiter resistere poterant.

De Anterotis apud Athenienses ara illiusq; origine, & de Promethei in academia ara, ubi currentiũ cum lampadibus erat certamen. Cap. xx

Athenis Anterotis ara

Meles Athenienſis Timagoras

ATheniſ in ipſius Academiæ ueſtibulo ara Cupidinis fuiſſe perhibetur, ſupra quã tale inſcriptum erat epigramma: Charmis Athenienſium primus Cupidini dedicauit. Fuit etiã altera in urbe ara, quæ Anterotis appellabatur: hanc conuenæ talem ob cauſam extruxiſſe ferunt. Meles Athenienſis adoleſcens pulcherrimus Timagoram hominẽ aduenam, qui illũ perdite amabat faſtu contemnens ſuo nec floccifaciens: ſuperbo deſpectu & iuuenili quadã petulantia illi omnia ſibi conſtanter obſeqũenti: aliquando mandauit: ut ſe quà excelſa & prærupta maxime Athenarũ arx eſſe uidebatur in caput deijceret. Timagoras aũt animæ prodigus, & cui amati iuſſa uita ſibi & cõmodis omnibus ſemper fuerãt antiquiora, huiuſmodi mandata alacriter peregit: ſeq; ex arce præcipitem dedit. Cæterũ Meletem etiã poſtq; mortuũ amatorem ſuũ conſpexit, rei pœnitẽtia ductũ, animiq; mœrorẽ, haudquaq; perferre ualentẽ, audacter ex eadẽ deſiluiſſe rupe ferũt. Quã ob rem poſtea Timagoræ ultorem dæmonẽ, conuenæ

Anterotem

Anterotem appellauerunt: & ara ibidem extructa religioſe coluerunt. In ipſa autẽ Academia ara fuerat Promethei/& ab illa urbem uerſus currere incipiebant manu ardentes faculas geſtantes uiri. Certamen aũt illud erat ut inter currendũ accenſas conſeruarent faces, quæ ſi cui extinguebatur in opere/nihil erat primas curren/do tuliſſe, nam is qui ſecundo currebat loco, ſi ad me/tam accenſa peruenisſet face/illico brauium auferebat: & ſi is etiã ſuã extinxiſſet facem, tertius illud ſibi uendicabat. Quod ſi omnibus cõtinẽter extinctæ fuiſſent faces, nulli *proculdubio eius rei uictoria aſcribebatur.*

Promethei in Academia ara

Currentiũ cũ lampadibus certamen

De fonte Macariæ apud Marathonios, & de prima Peloponenſium contra Athenienſes expeditione. Cap. XXI

FOntem quendã Marathonijs fuiſſe in cãpis Ma/cariæ cognomine inſignẽ ferũt, cuius nominis cauſam huiuſmodi fuiſſe memoriæ proditum eſt. Hercu/lem ex Tiryntho Euriſtheum fugientem ad Ceycem Trachiniorum tyrannum amicũ ſibi & hoſpitem cum uxore & liberis aliquando peruenisſe, ibiq; ſedes fixiſ/ſe ſuas dicunt. Cum autem poſtmodum ab humanis exceſſiſſet is, & Euriſtheus illius liberos: ut eos perde/ret Ceycen expoſtularet, ueritus Trachinius ne quid hãc ob rem aduerſi pateretur, ſimul Euriſtheo enixius petenti reſiſtere nõ ualens, ſuam præfatus imbecillitatem: & hoſpitalis Iouis obteſtans fidem, pueros Athe/

Fons Macariæ

Hercules

Ceyx Trachiniorum rex

Euriſtheus

Theseus nas transmisisse dicitur: utpote qui etiam Theseum sui/spicaretur pueris, haud magna cum re audacter suppetias allaturũ. Profecti igitur pueri supplices Athenas peruenerunt: quos postea cum bello acriter persecutus fuisset Euristheus, Athenienses pro illis contraria sumpsisse arma dicuntur, primamq; Peloponensiũ contra Athenienses illam fuisse expeditionẽ autumant, cum Theseus pueros exposcenti Euristheo cõtumacius denegasset. Fama est autẽ Athenienſibus tunc huiusmodi oraculum fuisse datum, non aliter uictoriam penes illos fore nisi quispiam Herculis liberorum sponte sua mortem oppeteret. Macariam itaque Herculis filiã ex Deianira ferunt hoc percepto oraculo seipsam iugulauisse, Athenienſibusq; claram de hoste uictoriam sua ipsius morte repræsentasse: Ab huius autem Macariæ nomine fonti postea nomẽ fuisse inditum perhibent.

Macaria Herculis ex Deianira filia

De radicis cuiusdam Baaras nomine admiranda natura, & de Balneis iuxta Macheruntem Iudææ oppidum. Cap. XXII

MIra profecto sunt, & omnẽ excedentia fidẽ, quæ de radicis cuiusdam natura Baaras nomine non contemnẽdus autor Iosephus in sua de Hierosolymorum captiuitate historia memoriæ prodidit. Ait enim iuxta Macheruntem Iudææ oppidum in confragosa quadam ualle, quæ illius in Septentriones conuersum ambit latus, illam nasci peculiari quodam in loco Baaras

ras ab Incolis appellato à quo nomen ſumpſiſſe radix illa uidetur: eſſe autẽ eam colore flammeo, noctibuſq; ſplendorem emittere. Verum accedentibus captu difficilem admodum eſſe: captantis nãq; fruſtrari manum & refugere, neq; prius conſiſtere perhibetur: quàm muliebri lotio, aut menſtruis quis illam conſperſerit. Quæ tamẽ hoc cõſiſtens modo, magno ſanè uellẽtibus conſtare dicitur: quippe præſentanea conſequitur mors, niſi is qui illam uellit eandem radicis uim ſecum brachio alligatam ferat. Vitæ enim ſecurus eo amuleto tunc illam legere dicitur. Eſt & alius etiam uellendi innoxius modus. Si poſtquàm circulo illam herbarius ſcarificauerit, extremasq; ſolum fibras terræ fixas reliquerit, canem ex ipſa funiculo alliget: abſcedentem enim domínum ſecuta canis radicem nullo negocio extrahit, quæ ſtatim ueluti domini perſoluens uices, illic cõmori perhibetur, nulloq; poſtmodum (ut ait) periculo radix illa à quouis pertractari poteſt. Vis autẽ illius eſt uel præſtantiſſima eos liberare, qui à ſpiritibus uexantur immundis, quos dæmonia uocant. Sunt autem ut aſſerue re nonnulli ſceleſtorum hominum uitæ ſiue ſpiritus in quorundam corpora ingredientes, illosq; diu male habentes: & nonnunquã etiam interimentes. Quo etiam in tractu calidarum ſcaturire aquarũ fontes quoſdam idem aſſerit autor, qui non admodum loci ſpacio à ſe inuicẽ ſeiugati, diuerſas tamen inter ſe, immo cõtrarias

habere

habere naturas cõſpiciuntur. Nam alij quidem guſtatu amariſſimi: nõnulli autem dulces admodum & potui ſuauiſſimi eſſe percipiunt. Eo præterea in loco ſpeluncam quandam uiſeri dicit non multi ad intra receſſus, cuius in pariete medio duę ueluti extuberantes cernuntur mammæ, quarũ ex altera quidẽ calidiſſimi: ex altera uero frigidiſſimi defluunt latices, qui in unũ commixti temperatiſſimas eo loci faciunt balneas, pleriſq; morborũ generibus, ſed neruis præcipue cõmendabiles & ſalutares. Habet quinetiã locus is, Sulphuris & Aluminis metalla. Refert præterea idẽ autor fluminis cuiuſdã ſolitariã ſanè & admirabilem naturã, qui inter Arceam & Raphaneã Syrię urbes medius fluens ſumma celeritate pleno defertur alueo: moxq; ceu obturatis fontibus totus ſtatim deficit: & per ſex cõtinuos dies ſiccũ tranſitus ſui oſtentat alueũ. Septima autẽ luce ignotis naturę cauſis ad priorẽ ſemper redire faciem: & abundantibus fluere aquis perhibetur. Quamobrẽ ab incolis Sabbaticũ appellatũ illum fuiſſe dicit, ob ſeptimam apud Iudæos ſacratã diem eo uocatam nomine.

De Apheæ tẽplo in Aegina inſula, & de Britomartẽ quæ Dictyna à Cretenſibus dicitur. Cap. XXIII

Apheæ templum

IN Ægina inſula iuxta collem, qui Panellenij Iouis appellabatur, Apheæ ſacrum fuerat templum, de qua Pindarus carmen Æginetis clarum compoſuiſſe dicitur. Cretenſes autem quibus hac de re patrius eſt

Pindarus

ſermo,

sermo,ferunt Manoris illius qui Apollinem à Pytonis cæde expurgauit, filium fuisse Eubulum, ex Charme uero Eubuli filia & Ioue progenitam fuisse Britomartem:hanc adultam cursibus & uenationibus mirum in modum operam dedisse fama est. Quamobrem Dianæ inter primas caram fuisse ferunt. Cum autem à Minoë aliquando persequeretur qui illam efflictim deperibat:illius uim fugiens Britomarte è specula sese in mare deiecisse & in retia quædam incidisse dicitur:quæ ad pisces excipiendos fortè eo loci à piscatoribus distenta fuerant. hanc Diana in deorum postea numerum rettulisse fertur,quam non solum Cretenses: uerum Æginetæ etiam sancte pieq; colebant, feruntq; Britomartem eis aliquando in insula sese ostendisse, cognomen autem Apheæ apud Æginetas, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως, id est,à deiectu sortita esse uidetur. Nam Cretenses illam à retibus Dictyneam appellabant. *Britomarte* *Dictynea*

Cur quæ de mensa cadebant apud ueteres tollere fas non erat, & cur Apij coronis in conuiuijs non utebantur. Cap. XXIIII

ANtiquorum fuerat in conuiuijs mos:ut siquid de mẽsa decidisset:hauquaquã illud tollerent:quod Pythagoricis maxime interdictum fuisse legitur. Id autem,ut nõnulli dixere,ideo cautum obseruatumq; fuit: ut modeste in Symposijs minimeq; petulanter conuiuæ discumbere cõdiscerent. Aristophanes autem iccir-

co id obſeruatũ fuiſſe aſſerit, quoniam ea quæ de menſa cadebant heroibus ſacra eſſe ueteres credidere. Sed & illud etiam non obmittẽdum eſſe cenſeo, quod omnibus ferè coronamentorum generibus in Sympoſiorum licentia antiquiores utebantur, & ex omnibus paſſim herbis floribuſq; ſerta nectebant, præterquàm ex apio. Hoc autem ideo, ut inquit Duris Samius, in ijs quos de certaminibus ſcripſit commentarijs, quoniam lugubre eſt Apium, luctibuſq; magis quàm hilaritati conueniat. Quamobrem tumulorum thecas (ut aiunt) antequàm in illis mortuorum imponerent corpora, apij folijs ſternere conſueuerunt. Et quoniam de conuiuijs uerba facere cœpimus, non ab re hoc etiam addemus, nocturna ſcilicet conuiuia, & ueſpertinas cœnas hominum corporibus eſſe ſalubriores. Lunæ etenim mirificum ſydus ad eſculentorum concoctiones maxime facere dicunt: neq; hoc ab re mehercule, putreſcere namq; humida ſui natura cum parua caliditate ipſa facit luna. Concoctionẽ autem putredinis quoddam eſſe conſtat genus: quamobrem quæ noctu imolatæ fuerint hoſtiæ, quàm quæ interdiu, citius putreſcere animaduertuntur: & ligna quæ ædificiorum gratia ad Lunam cæduntur, iniuriam ſentire ſyderis: & facilius putreſcere autumant. Fructus quinetiam ferè omnes ad Lunam cito miteſcere: & ad maturitatem peruenire dicuntur.

De Cere-

De Cereris Chthoniæ templo apud Hermionenſes, & de illius conſtructione, & quæ quot annis in illa fieri ſint ſolita. Cap. XXV

HErmionenſibus templum Cereris quam Chthoniam uocabant inter pauca percelebre fuiſſe perhibetur. Hoc Clymenum Phoronei filium Chthonia eius ſorore operis illius comite ædificaſſe autumãt. Argiui autem hac de re aliter memoriæ prodiderunt. Cererem enim quando in Argolidem errans uagaq; peruenit: apud Æthram & Myſium diuertiſſe perhibent. Clontem autem quendam eo loci commorãtem neq; hoſpitio deam ſuſcepiſſe: neq; aliquid illi honoris gratia commodaſſe. Idq; illum Chthonia aduerſante filia feciſſe ferunt. Quamobrẽ ipſe poſtea Clontes (ut perhibent) cum tota conflagrauit domo. Chthonia uero eius filia ad Hermionem delata templum Hermionenſibus Chthoniæ Cereris percelebre cõſtituiſſe dicitur: quod ab ipſa æternum poſtea nomen retinuit Chthonia: quinetiam dies feſtos quot annis æſtatis tempore Hermionenſes hoc maxime celebrabant modo. Pompam celebrem urbis primarij uiri quicunq; uel ſacerdotio inſignirent uel annuos gererent magiſtratus, ſolẽniter deducebãt: hos autẽ omnis generis uiri & mulieres permixtim ſequebãtur: pueri autẽ & puellæ albis induti ueſtibus, capite coronas geſtãtes: & ipſi deæ põpam rite cõſequebãtur. Corollas autẽ illas ex flore quodam

Pompa Cereris Chthoniæ apud Hermionenſes

nectebant qui magnitudine coloreq́ꝫ & forma hiacin/tho planè similis uideri poterat: cum alioquin luctus etiã insignitas haberet notas. Post illos/q primi pom/pam ducebant:uiri sequebantur quidam bouem agentes fœminam undiq́ꝫ uinculis funibusq́ꝫ implicitam & feritate reluctantem:hanc iuxta templi fores propelle/bant: in quod eam ingredi remotis uinculis libere per/mittebant. Aderant præterea nõnulli qui templi fores patentes postquàm intrasset bos/ illico concludebant.

Miraculum In templo autem illo quatuor degentes uetulæ mulie/res bouem nullo negocio conficere dicebãtur: nam ad utram illarum accessisset bos / præacuta illa falce illius guttur facile secabat: post hæc ianuæ rursus aperieban tur:& illi quibus hoc demandatum fuerat muneris,ali/am propellebant bouem:& tertiã rursum & quartam, quæ à uetulis illis modo antedicto omnes celerrime cõ ficiebantur. Aliud etiam admiratione dignũ hoc in sa/cro animaduersum fuisse perhibent.Super quod enim latus prima cecidisset bos, super idem omnes reliquæ cadere consueuere.

De Dioscororum apud Spartiates miraculo,& Phormione illorum hospite. Cap. XXVI

APud Lacedæmonios domus ostendebatur quæ dam in qua Dioscuros quos Castores latine uo/cant,quondam habitasse pro constãti tenebant, adde/bantq́ꝫ hoc etiã quod progredientibus annis,ad Phor

mionem

mionem quendam nomine Spartiatem loci illius pos- *Phormio*
sessio forte deuenerat. Ad hunc autem aliquando Dio- *Spartiates.*
scuros ipsos hospitum effigie accessisse. Qui se ex Cire- *Dioscuri*
naica regione uenire dicerent: & simul orare: ut in con-
claui quodã ædium parte remota & abdita sibi locum
quo diuerterent, dare uellet: nam eam domus partem
maxime sibi gratam fuisse, etiam dum inter homines
degerent, affirmabant. Quibus Phormionẽ se quidem
libẽter omni reliqua domo illis concessurũ esse respon-
disse. Conclaue autem illud, haudquaquam se illis ex-
hibere posse: in quo filia uirgo quam unicam summo
seruabat studio, habitaret. Sub hæc discessisse quidem
Dioscuros ferunt. Cæterũ postridie eius diei, uirgo illa *Miraculum*
& omnis circa ipsam cultus, uniuersum q; insuper famu
litium euanuisse perhibetur. In medio autem cõclauis
Dioscurorum imagines fuisse repertas & mensam stra
tam, super quam Silphium solum impositũ fuisse ad- *Silphium*
inuentum.

De Dianæ cognomento Orthiæ simulachro, cuius ara hu
mano sanguine spargebatur. Cap. XXVII

LOcus apud Lacedæmonios Limnæus quidam co-
gnominabatur: qui Dianæ Orthiæ (sic enim illam *Diana*
appellabãt) sacer fuisse perhibetur. Eo autem loci deæ *Orthia*
simulachrũ fuisse dicebatur illud, quod Orestes & Iphi- *Orestes*
genia ex Dianæ tauricæ templo furtim ablatũ in Græ- *Iphigenia*
ciã detulisse feruntur. Quod ueri simile esse uidetur ma

gis, cum Orestes Lacedæmoniis imperauerit, quàm id quod Athenienses memoriæ prodidere, Iphigeniam scilicet ablatum deæ simulachrũ in Baurone Atticæ regionis urbe reliquisse. Cæterũ multa etiã huic rei testimonio esse possunt. Dianæq; cognomento Orthiæ simulachrum illud pro constanti fuisse quod ex Taurica ab Iphigenia subreptum & in Græciam fuerit asportatum. Namq; Astrabacus & Alopecus Ibri filij qui abditam illam imaginem primi reperisse dicuntur, amentes subito & insani effecti sũt: & ex Spartiatis ipsis limnatæ, necnõ ij qui Mesoam & Cynosuras: & Pytanen urbes incolebant, cum aliquando Dianæ rem diuinam facerent: ad iurgia primum, mox ad manus cædemq; peruenisse feruntur. Cum autẽ plericq; super deæ ipsius aram interfecti fuissent reliqui numinis (ut aiunt) indignatione peste postmodum absumpti ferè omnes interiere. Quamobrem illis hac de re deum consulẽtibus oraculum datum esse dicitur: ut aram deæ humano sanguine spargerẽt: & hoc illam modo placarent. Cumq; illi deo parẽtes quot annis homines sorte ductos deæ imolarent, Lycurgum qui Lacedæmoniis leges constituit immane hoc sacrum cõmutauisse: & in illius uicem adolescentium plagas, quæ ad sanguinem usq; processisse dicuntur, quo deæ cõspergebatur ara, Lacedæmoniis sanxisse perhibetur. Illo autẽ in certamine deæ sacerdos astans manibus simulachrum tenuisse dicitur, quod

Astrabacus Alopecus Ibri filij

Dianæ apud Lacedæmonios humano sanguine litatum.

Lycurgus

qũod alioquin leue ob exiguitatem fuerat. Cæterum ſi ij qbus pueros cædere mos erat, alicuius forma uel ætate deliniti, aut generis cuiuſpiam nobilitate pellecti plagis uerberibusq; parcentes rem illã lenius remiſſiusue peregiſſent: Mulieri ſimulachrum tenẽti grauius illud ſtatim ponderoſiusq; quàm fuerat ante uidebatur, adeo ut interdum ſe nequaquã illud ſuſtinere poſſe diceret: percuſſoresq; illos dãnaret, & huius rei illos in cauſa eſſe clamitaret: ſic ab hominũ apud Tauricos uictimis, ad humanũ citra tamen cædem ſanguinẽ Lacedæmone ſimulachri illius deuoluta ſunt ſacra. Vocabant autẽ illam nõ ſolum Orthiã, ſed etiã Lygodeſmã, quia ſalicũ uirgultis inuoluta abditaq; inuenta fuiſſe dicitur. *Miraculum* *Orthia Lygodeſma*

De Dyrrhacho Dyrrhachij conditore, & cur Dyrrhachini Herculem ceu incolam ſuum colebant, & de urbis illius accolis. Cap. XXVIII

DYrrhachium in Illyrijs ciuitas eſt: Epidãnus prius uocitata ab Epidamno, ut ferunt, quodam barbarorum rege, qui illam iuxta mare prius exædificaſſe dicitur. Huius poſtea ex filia nepos Dyrrhachus, Neptuno (ut aiunt) progenitus portum urbi adiecit quem â ſui nomine Dyrrhachiũ appellauit. Hic cum fratres haberet male ſecum concordes: qui conflato ex improuiſo bello eum regno expellere cuperent, in huius certaminis ſocietatem Herculem forte fortuna ex Erythia redeuntem, & illhac commeantem ſuſcepiſſe dicitur in re- *Epidamnus*

in regionis illius parte, p auxilij huius mercede illi consignata. Quamobrē Dyrrhachini Herculem ueluti regionis eorum ex parte incolam sibi uēdicare solebant, non quod Dyrrhachum sedis suæ urbisq; auctorē inficiari uellent: sed quod Herculem tanquam deum gentis suæ fundatorem primum & dici & credi mallent. Ferunt quinetiā ea in pugna Ionium Dyrrhachi filium ab Hercule per errorem interfectū fuisse, cuius corpus Hercules in uicinum proiecerit mare, ex quo Ionium postea illud fuisse appellatum. Procedente deinde tempore, quosdam è Phrygia ad loca illa peruenisse, tractumq; illum & urbē occupasse fama est. Deinde Taulantios ex Illyrijs genus efferum & barbarū: post quos alia Illyriorum natio Liburni accessisse dicūtur: qui nauibus longis usi finitimas quasq; regiones inuadere: & præda abacta ocius discedere soliti fuerāt. Vnde expeditæ celeresq; apud Romanos naues, quibus ad belli naualis discrimina maxime utebantur, Liburnicæ sunt appellatæ. Cæterum uoluentibus annis Corcyrei maritimis uiribus præpotentes Liburnos inde expulisse, urbemq; Dyrrhachium & uniuersum regionis illius tractum obtinuisse dicuntur. Post quos Romani ipsi rerum domini, nominis infaustam declinantes appellationem, pro Epidamno Dyrrhachium appellare maluerunt, quod nomen posteritas excipiens, solo eo longa post secula usa est: & adhuc constanter utitur.

Ionius Dyrrachi filius

Taulantij

Illyrica natio.

Liburni

Corcyrei

Romani

Vnde

Vnde Panici dicti sunt terrores, simul de Osiridis interitu à Typhone. Cap. XXIX

TErrores eos, animiq; cõsternationes & fugas: quæ nulla manifesta de causa sępenumero populis exercitibusq; incuti & aduenire solent, Panicos pauores uocauit antiquitas: cuius planè denominationis originem ab antiquissimis Ægyptiorũ historijs, Plutarcho referẽte, emanasse ferunt. Cum enim Osirim Isidis germanum & maritum qui Ægyptũ imperio moderatus suo legibus uitæq; institutis ornauit & excoluit, Typhon interfecisset frater, illiusq; cadauer per Tanaiticum uocitatum Nili ostium, quod adhuc abominãtur Ægyptij, in mare deferendum flumini mandasset: forte fortuna Panes Satyriq; / qui eo in tractu Chennin denominatum habitabant locum, rem illam ut gesta fuerat, animaduertisse dicuntur, qui postmodũ dissemi natis super Osiridis cæde rumoribus / uniuersam Ægyptum subitis repleuere tumultibus, ex quo natum est / timores cõsternationesq; illas / quæ repentino ignotis accedunt causis, Panicos appellari pauores.

De Iunonis apud Epidaurios aqua, & quæ ex illa uaticinia capiebant. Cap. XXX

HAud procul ab Epidauro Laconiæ ciuitate parua quædam fuit, uerum profunda admodum & alta palus, quæ Iunonis aqua nũcupabatur: in hanc celebri Iunonis die frumentaceas inijciebant placentas: quas *Iunonis aqua*

f cum

cum bono proijcientium omine accipiebant ũndæ/ & illas retinebant. Si uero iniecta fortè reiecissent & uelũti aspernatæ fuissent, haud lætum id cõstabat esse portentum. Hoc autẽ ipsum Ætnæ etiã crateres factitasse constans fama est. In illis enim aurea & argentea inijcere nũmismata consueuere: interdum etiam integras immittebant uictimas, quæ si ab ignis spiritu illo molliter accepta retẽtaq; fuissent, prosperi id faustiq; augurij loco accipiebat. Sin uero illa cõtumaciter ignis reiecisset, mali aduersiq; quippiã proijcienti portendi putabant.

De Tænaro Laconiæ promontorio, & de Cerbero cane inde ab inferis extracto, necnon de serpente qui in Tænaro apparuisse dicitur. Cap. XXXI

PRomontorium Laconiæ est Tænarum longo tractu in mare procurrens, iuxta quod portus fuere duo Achilleus & Psamathus: In promontorij autẽ uertice sacellũ speluncæ simile fuisse dicitur, in quo Neptuni uetustum erat simulachrum. Sunt ex græcis autoribus nonnulli, qui Herculem hinc inferni canem Cerberum ab inferis in lucem extraxisse dicant, cum neq; ibi subterraneus usquã aditus uisatur ullus, neq; facile credi possit ad deorum sub terris degentium sedes uiuum hominem descẽdere, indeq; postmodum remeare potuisse. Verum Hecatæus Milesius hac de re plerisq; uerisimilia scripsisse uidetur: qui serpẽtem quendam magnitudine formaq; horrendum in Tænaro aliquando appa/

Achilleus, Psamathus portus

Cerberus inferni canis

Hecatæus Milesius

apparuisse memoriæ prodidit: quod monstrum à loci illius incolis inferorũ canis est appellatum: quia obuios quosq; uenenato morsu & afflatu interimebat. Hũc postea scribit ab Hercule Euristhei iussu inde attractũ & interfectũ fuisse. Homerus autem qui primus inferni canem ab Hercule ui tractum cecinit, neq; illius nomen uersibus suis expressit, neq; eius effigiẽ formamq; sicut de Chimera fecerat, uerbis insigniuit. Qui uero illum insequuti sunt autores Cerberũ eum uocauerunt, caniq; similem esse dixerũt, & tria illi capita terribili sono latrantia etiam addidere.

Serpens qui in Tænaro apparuit

De admirabili in Methone urbe puteo, necnon de uarijs aquarum miraculis. Cap. XXXII

IN Peloponesi ciuitate Messeniorũ ditionis Methone, Dianæ sacra erat ædes: iuxta quã puteus quidam fuisse perhibetur, cuius aqua pici commixta unguento quod Cyzicenum uocabant haud absimilis erat, quæ illius etiam odorẽ pulchre reddere uidebatur. Aquam uero colore ad unguem glauco ad Thermopylas fuisse dicunt, non omnem penitus, sed eam maxime, quæ in balnearum solia destillabat, quam accolæ muliebres uocabant Chyteos. Rubros autẽ colore sanguineo lactices hebræorum monstrabat regio iuxta Ioppam ciuitatem: erant autẽ aquæ illæ non longe à mari, affirmabantq; loci illius accolæ Perseum Cephei filia liberata, quæ maris monstro exposita fuerat, aquis illis ceti

Puteus in Methone mirus

De admirandis aquarum naturis

à se interfecti respersum cruorem abluisse. Aquam uero ex ipsis fontibus nigram scaturientem fuisse proditum est Astyris. Fuere autem Astyra calidarum fontes aquarum in Atarnensium agro è regione Lesbi. In agro uero Romano Anionem transmittentibus fluium, aquæ colore albicantes fuisse dicuntur, quas si quis piam intrauisset rigētes ingressu primo, frigidissimæq; planè uidebātur, uerum postea non minus quouis calidissimo pharmaco, calorem proculdubio in corporibus efficiebāt. Duos quin etiam naturæ mirabilis fontes recēsere par est, unum quidem Cardiæ, qui in campis albis appellatis fuisse memoratur: iuxta pagū qui Dascyli ab accolis est nuncupatus. Huius calidi admodum fuere latices, qui gustu lactis suauitatem facile superarēt. Alterum Herodotus refert in Hyppani fluuio emersisse, cuius aquæ amarescebant. In Dicæarchia uero Ethruriæ calidi fuere fontes, cuius aquæ tenues adeo & acutæ fuisse perhibentur, ut plumbeas etiam fistulas, & æneos tubos facile trāsmitterent & penetrarent.

Anio in agro Romano

Campi albi Cardiæ

Calidi in Dicæarchia fontes

De Nelei bobus apud Pylum. Item de Geryonis bobus quas Eryx habere cupiens ab Hercule fuit interfectus. Cap. XXXIII

Stabula bovum Nelei

De Iphicli bobus

APud Pylum Peloponesi ciuitatē specus quidam ostēdebatur, ubi Nelei quondam boum stabula fuisse fama erat: fuisse autem ex Thessaliæ armētis boues illas Iphicli, scilicet Protesilai patris memoriæ proditum

ditum est,quas Neleus eos qui filiam suam sibi in matrimoniũ exposcebant,munerum uice solitus fuerit expostulare. Harum igitur abigendarum causa Melampus uates: ut Bianti germano rem gratã faceret Thessaliam petiisse dicitur,deprehensusq; ab Iphicli bubulcis,uinctus ad dominum(ut aiũt)perductus est, à quo postea, quia quædã sibi ueraciter prædixisset solutus, & bobus illis donatus, Pylum alacriter rediisse fertur. Magnã profecto operam ueteres in equorũ boumq; armentis semper impendisse uidentur,quando uel maximarum diuitiarum loco hæc ipsa semper habita fuerunt.Nec solus Neleus Iphicli boues summa expetisse cura uidetur:sed ipse etiam Hercules in ultimas missus Hispanias ab Euristheo fuisse dicit, qui Geryonis boum fama permotus ut eas ad se deduceret contumaciter illi mandauit.Eryx quinetiã Veneris(ut perhibent) filius in Sicilia plurimum potens, adeo Erythreas concupisse boues uisus est: ut Herculẽ ad luctæ certamen ea prouocaret cõditione:qua uel uictor boues illas sibi haberet,uel uictus regni sui possessione illi cederet.Homerus præterea in Iliade memoriæ ꝓdidit Iphidamãtem Antenoris filium centum bobus dono datis,à Sócero suo uxorem accepisse.

Melampus uates

Hercules. Geryonis boues

Eryx Veneris filius

De Dionysi Calydonij templo, & de Coresi sacerdotis & Callirrhoës amore & interitu. Caput XXXIIII

Dionysi Calydonij templum

PAtris Achaiæ oppido iuxta theatrum Dionysi cognomento Calydonij templum fuisse dicitur: & in illo eiusdem dei operis antiqui simulachrum quod Calydone diruta illuc aduectum fuisse fama est. Hoc autem dei simulachrum dum Calydonis adhuc res integræ stabant, multos habuisse sacerdotes ferunt: sed inter præcipuos Coresum quendã nomine qui omnium infeliciſſimus mortalium in amore non ab re iudicatus est. Is etenim cum Callirhoën quandam (ut aiunt) ex conciuibus suis uirginem perdite amaret, tãtum abfuit ut ab illa inuicem redamaretur: ut etiam quãtum amoris incendia in dies Coreso in maius crescere uidebantur, tãtum Callirhoë in illum odij semper excrescebat: neq; aduersari solummodo illi, precesq; & lachrymas rogantis pro nihilo habere in animũ induxerat suum, sed iam illum male odisse, hominẽq; hostili palàm simultate prosequi uidebatur. Inops consilij sacerdos, & amore misero amens & perditus omni prorsus potiundæ uirginis precio uel precibus deposita spe Dionysi simulachro supplex procidisse fertur, ab illoq; efflictissimis quàm poterat maxime uerbis auxiliũ imploras se. Audijt (ut ferunt) sacerdotis preces deus: & Calydonius statim uniuersus populus ueluti ab ebrietate correptus amẽs & lymphaticus est effectus: plurimiq; passim ignota de causa stupidi & desipiẽtes uulgo moriebantur. Rei igitur nouitate permoti ad oraculum confugisse

Coresus sacerdos.

Callirhoe

fugisse Dodonæum dicuntur: quod Ætolis & Acarnanibus, omnibusq; insuper qui Epirū incolebāt ea tempestate percelebre fuerat: adeo ut quodcunq; columbę illæ in sacra residentes quercu præciniſſent: indubitatæ fidei esse: constanterq; euenturū ab omnibus facile crederetur. Calydonijs igitur respondisse oraculum ferunt morbum illum Dionysi indignatione esse, quæ nō prius finem esset habitura, quàm Coresus uel Callirhoen ipsam, uel alium quempiam si quis pro illa mortem obire non dubitaret, Dionysio litaret: Hac re prolata Callirhoë, cum neq; alium quempiam, neq; parentes ipsos reperire posset, qui pro se mortem oppetere uellet: salutis uitæq; iam deposita spe, pro uictima (ut aiunt) Dionysio sese obtulerat. Iamq; omnia ad sacrum illud parata aderant, uirgoq; ipsa more uictimæ ornata ad aram deducebatur: aderat etiam Coresus illam ut moris est deo imolatarus: uerum opere in ipso uirginis amatæ lachrymis, & amore ægro attonitus sacerdos, illam quidem ferro uiolare non sustinuisse: se ipsum autem illius loco iugulasse perhibetur: ipsa etiam morte amorē ardentissimū constantissimumq; professus suum. Callirhoën autē ut Coresum animā trahentem & iam expirantem uidisset: amatoris misericordia permotam: & omnia quæ ille iniuste & immerito eius causa perpessus fuerat: animo recolentem dolore simul & pudore adductā sibi ipsi fauces secuisse ferunt, iuxta fontem

Oraculum Dodonæum

Coresi & Callirrhoes interitus

fontem quendam qui non procul à Calydone in portu uisebatur, qui ab illa postea Callirhoë fons perpetuo est appellatus.

De Fatidico Patris Achaiæ fonte, & de captorum ibi oraculorum more. Cap. XXXV

PAtris etiam ante Cereris (ut aiunt) templum fonticulus uisebatur, cuius è templi quidē ipsius regione ripæ, lapidea cingebantur crepidine: ex altera uero eius parte descensus ad ipsum per gradus arte constructus erat. Oraculum autem eo loci certissimum & infallibile fuisse memoriæ proditum est. Cæterum non omnibus de rebus: sed de ægrotis solū illud consuli fuerat in more positum: quod hoc maxime fiebat modo. speculū tenui funiculo alligātes sensim demittere solebant, id dū taxat cauentes, ne fontis aquis penitus immergeretur: sed orbe tantum suo supremos cōtingeret latices. Exin deæ supplicantes & odoramentorū genera quædā sufficientes: in speculū illud despiciebant. Quod ægrotātem illum de quo deam cōsulturi accesserant, uel mortui speciē, uel uiuentis præseferentē clarissime ostēdere dicebatur: uerūq; pculdubio rei ipsius euentū secūdum uisam imaginē postmodū consequi memoriæ proditum est.

De Fatidico patris fonte

De Mercurij cognomento Agorei uaticinijs Pharis Achaiæ ciuitate. Cap. XXXVI

PHaris Achaię ciuitate foro in medio Mercurij stās fuerat simulachrū: quod eā ob rem Agoreus, id est foren-

Mercurij Agorei uaticinia

forensis uulgo cognominabatur: fuisse aũtem id Simy li Messenij ferunt donum: quod titulus etiam ibi atte stabatur inscriptus. Huiusmodi autẽ simulachri illius celebre fuisse oraculũ perhibetur. Ante simulachri pe des ara erat lapidea: & hinc inde æneę plũbo ad aram illam alligatæ astabant lucernæ. Consulturus igitur ue speri ad deum accedebat: thuscꝫ super aram combu rens, suffitu illo deum supplex uenerabatur. Lucernas postmodum illas instillato accendens oleo, in simula chri ipsius dextera manu nũmisma quoddã patrium ponebat: uocabatur autem numisma illud (ut ferunt) æneum: inde in Dei aurem quodcunqꝫ perconctari uo luisset secreto insusurrabat: obturatisꝫ postmodum utraqꝫ manu auribus, ocius à foro discedebat, cumꝫ paulũ fori ipsius limites citus euasisset aures illico ape riebat: & quã primo uocem postea inaudiuisset, illam pro rato omine, sibiꝫ dato oraculo constantissime ob seruabat.

De Atti à Cybele amato illiusꝫ interitu, & quæ de Agdisti dæmone Galatæ memoriæ prodidere. Cap. XXXVII

ATtin Hermisianax Elegyarũ poëta Calai Phry gis filiũ fuisse scribit. Hic à Cybele efflictim ama tus, in tantum honoris dignationisꝫ & gratiæ deue nisse dicitur: ut hanc ob causam Cybeli iratus Iuppi ter aprum Lydis immisisse feratur, à quo & illorũ culta

Hermisianax poëta Elegya rum

deuastata: & multi insuper Lydorum, & ipse etiam postremo Attis fuerit interemptus. Quamobrem Galatę qui Pessinuntem incolebant non immerito suem tetigisse abhorrebant. Cæterū quæ ad Attin pertinere uidentur alio relata sunt modo, patriumq; de illo sermonem huiusmodi fuisse memoriæ proditum est. Iouem ferunt somno aliquādo oppressum genitale semen in terram effudisse: quod postea constituto tempore dæmonem quendā produxisse dicitur, sexu ambiguū, ambo habentē genitalia membra, maris scilicet, & fœminæ: appellatū autē fuisse dęmonē Agdistin. Dei igitur reliqui Agdistin hunc ueriti uirile eius membrū procidisse & abiecisse dicunt, à quo subinde nata amygdala postq; tempestiuos produxit fructus, Sangarij fluuij filiam uirginē ferunt illos decerpsisse & in sinū conieciſſe: cęterū haud post multo fructus quidē illi subito euanuisse dicunt. Puella uero prægnans illico (ut aiūt) est effecta: cui etiā post puerperiū semper hyrcus: qui infanti puero blandiebat astitisse fertur. Cū autē adultus puer pulchritudine quæ supra hominē esse uidebatur omnes facile superaret: cognati illum Pessinuntem misisse dicunt, ut regis filiā adolescēti desponsarēt. Accidit autē ut ex animi sententia res illa lepide cederet: iamq; nuptiæ celebrabant, iam parabantur cōuiuia, sacerq; gestiebat Hymenæus, cū dæmon Agdistis aduenisse dicitur: unde furore correptus Attis (Id enim puero illi

Agdistis dæmon

Sangarius fluuius

ro illi erat nomen) ipse sibi (ut aiunt) genitalia cæcidit, quod & illius etiam socer in seipso patrasse dicitur. Sed Agdistin postea pœnitentia ductum, precibus à Ioue exorasse ferunt: ut nihil amplius ex Attis corpore neq; abscederet post hac, neq; destrueret, sed sic semper maneret, & æterna deinceps iuuenta perpetuo frueretur.

De Eumenidum templo ab Oreste in Cyrenia Achaiæ urbe ædificato. Cap. XXXVIII

Eumenidum templum

IN Cyrenia Achaiæ urbe antiquæ fabricæ fuerat templum quod Eumenidũ esse perhibebat, Orestem q; accolæ deabus illis & fabricasse quondã, & consecrasse illud dicebãt. Quisquis autẽ uel cæde pollutus, uel quopiam scelere alio noxius, uisendi causa illud ingressus fuisset: hunc subitos inuadere terrores, & amentem occulta causa effici cõstantissima fuerat fama: quãobrem à paucis admodum (ut aiunt) frequentari solebat.

De Herculis oraculo ex Talis & Abaco apud Buram Achaiæ oppidum. Cap. XXXIX

BVraicus fuit amnis iuxta mare non procul à Bura Achaiæ quondam oppido fluens: iuxta hũc Herculis fuerat phanum futurorum prædictionibus in primis celebre. Erat autẽ (ut aiũt) oraculum ex talis & abaco cõstitutũ: hoc maxime modo. Consulturus quisque deo in primis supplicabat: Inde post peractas preces Talos quatuor super mensam iaciebat, qui plurimi ex hostiarum ossibus confecti illic passim reperiebantur.

Herculis oraculum ex Talis & Abaco.

Talorum post hac situm, uariasq; inter se figuras obseruans, quid nã eæ uel illæ prædicere uellent, ex Abaco postea illa scriptum notatumq; clare lectitabat.

De Dianæ Triclariæ templo, & de Comæthæ Menalippíq; amoribus, deq; illorum interitu, & de Euripyli oraculo, & quomodo in furorem uersus, fuerit liberatus, & de Aesymnitis dæmonis cultu & sacris.

Cap. XL

Dianæ Triclariæ tẽplũ

IOnes qui Aroan & Anthian Mesatemq; Achaiæ oppida incolebant, commune quondam Dianæ cognomento Triclariæ templum habuisse perhibentur, festumq; quot annis percelebre, & nocturnas Deæ uigilias de more celebrauisse communiter feruntur. Sacerdotiũ autẽ eius numinis uirgo obtinebat donec desponsaretur, & ad uirũ accederet. Ferunt autẽ aliquando sacerdotio illi uirginem quandã præfuisse Comætham nomine, quæ & forma æquales omnes facile superabat: & pulcherrimum inter accolas adolescentem amatorem habebat nomine Menalippum. Cũ igitur ex æquo, ut par est, alter alterum deperiret, Menalippus & proprios, & uirginis etiã parentes studiose tentasse dicit, & mollibus illos efflictissimisq; rogasse uerbis ut sibi Comætham desponsarent. Sed profecto senes ferè omnes, & aliis semper in rebus, & in opera præcipue amatoria iuuenibus aduersari difficilesq; esse cõsueuerunt. Nihil igitur pacati, nihil mitis, neque à propriis, neq; à puellæ parentibus afferens Menalippus,

Comætha Dianæ sacerdos

Menalippus

hac

hac destitūtus spe/ Comæthæ haud magna cū re per/ suasisse dicitur: ut quod palàm per illos eis facere nō li/ ceret, clam factitarent: furtimq; Veneris inter se cōmo ditatibus delitijsq; perfruerentur: & Genio latentes, & taciti indulgerent. Quid multa? Amor qui hominum deorumq; iura contemnit: & omnia sursum uersus sa/ cra prophanaq; contaminat & inuertit: Menalippum & Comætham in Dianæ ipsius templo coniunxisse: & occulta ibi Veneris mysteria celebrare ædemq; illi/ us sacram genialis thalami loco habere dicitur persua/ sisse. Inde iratam (ut aiunt) deam regioni quidem uni/ uersæ sterilitatem, hominibus uero ipsis nouorum quę dam morborum genera, haudquaquam assueta, ex quibus repentinæ crebræque passim consequebantur mortes, statim immisisse ferunt. Cum autem (ut moris in desperatis est rebus) ad Delphicum supplices oracu lum confugissent: tot ingruentium malorum causam sciscitantes: & sæuientis calamitatis auxilium aliquod enixius expostulantes, Pythiam respondisse dicūt Co mætham & Menalippum tantorum malorum solos esse in causa. Deum autem monere eos ipsos Dianæ in primis immolandos esse. Præterea ut quot annis uirginem & puerum, qui pulcherrimi inter æquales su/ os esse iudicarentur, seligerent: & illos itidem Dianæ immolarent. Ideoq; huius sacri causa fluuius, qui Dia/ næ Triclariæ templum præterlabebatur, cui prius nul/ *Oraculum*

ἀμείλιχος lum erat inditum nomen, ἀμείλιχος, id est immitis & implacabilis est appellatus. Cæterum annis postea uoluentibus Iones immane hoc imolandorũ hominum sacrum obmisisse dicuntur, accepto (ut aiunt) à Delphico Apolline tali prius hac super re oraculo. Obseruare enim illos iussit Pythia regis cuiusdam externi aduentũ, qui aliquando ad se deberet accedere dæmonem secũ afferens hospitem: cuius accessu inhumana sacra illa essent finem habitura. Accidisse autem Troia euersa dicunt: cum Græci spolia prędamq; inter se partirentur: ut Euripylus Euæmonis filius forte fortuna arculam quandã acciperet, in qua Dionysi simulachrum latẽs occlusum inerat, Vulcani (ut ferũt) opus: quo Iuppiter Dardanum quondam filium donauerat. De hoc etiam Scriniolo aliter memoriæ mandatũ se reperisse Pausanias scribit. Quod Æneas uidelicet hostes fugiens illud reliquerit: aliq; proiectũ fuisse à Cassandra perhibent consulto: ut quisquis Græcorum in illud incidisset, malum sibi & calamitatẽ imprudens inueniret.

Euripylus

Aeneas

Euripylus in furorem uersus

Referasse igitur Euripylus quã acceperat arculam dicitur. Simulachrumque illud aspiciens, amens illico (ut aiunt) & mentis inops est effectus: ferunt tamen illum nihilominus ex interuallo resipiscere solitum: cum plurimũ tamẽ temporis manifesto uexaretur furore. Hoc correptus morbo Euripylus in Thessaliã quidem eius patriam redire neglexerat, ad Apollinis autem Delphici

phici profectus oraculum de morbo, qui illũ male habebat consuluisse dicitur: cui respondisse ferunt Pythiam: pestis illius finem, & calamitatis exitum facile eum reperturum, Si quando hominibus occurrens ignotis externo quodam & insolito ritu rem diuinam facientibus: simulachrum quod secum ferret apud illos collocaret, eoq; loci sedes suas firmare curaret. Cęterum haud multo post cecidisse dicitur, ut nauis in qua ferebatur ad litus quod non multũ ab Aroa distabat uentorum ingentibus eiiceretur procellis: ipse autem ut erat cũ in terram descendisset, reperit puerum & puellam pro uictimis ad Dianæ Triclariæ aram cõstitutos, oraculiq; memor loci accolas placide adijt, qui & ipsi Apollinis responsa de externo rege ad se uenturo, cum illum uidissent, animo recolentes, hospitem benigne suscepisse dicuntur, à quo de simulachro quod secum apportauerat edocti, communi omnium cõcordia religiose illud ibidem collocarunt. Insaniæ igitur morbus ab Eurypylo postea abscessisse dicitur: & regionis illius accolę à funesto illo hominũ sacrificio nullo negocio sunt liberati: nomenq; fluuio immutatũ: ut pro implacabili exorabilis placabilisq; sit appellatus. Patrenses aũt ut ferũt beneficij memores quot annis post Dionysi statim celebrem diem inferias Eurypylo dare consueuerãt. Qui uero in scriniolo illo latitabat dæmõ Æsymnetes uocatus est, ad cuius cultũ religionisq; cerimonias nouẽ genere

Eurypylus à furore liberatur

Aesymnetes dæmon

nere extimationeq; primarios uiros, & totidem insignes ex omnibus fœminas/populus eligere consueuerat. Festa autem illius celebritate noctu sacrorum Antistes simulachrum cum scrinio extra templum efferebat. Descendebãt autem illorum accolæ locorum adolescentes spiceis corollis caput præcincti. Sic enim uetares soliti fuerãt illos ornare, quos Dianæ immolandos deducebant. Postea aũt coronas quidem spiceas apud deum deponebãt: ipsi uero flumine prius abluti hederaceis nectebantur sertis, eoq; ornatu templum Æsymnitis religiose ingredientes rem diuinam faciebant.

Mos sacrorũ

De templo Neptuni equestris iuxta Mantineam, à cuius ingressu arcebant uiri. Itẽ de Ogoa apud Caras deo, & de miraculis apud utrosq; apparentibus.

Cap. XLI

Neptuni equestris phanũ

HAud multo amplius (ut aiunt) stadio à Mantinea distabat urbe uetustum Neptuni equestris phanum. Quod enim Pausaniæ tempore noui operis uisebatur templum/ Hadrianus (ut inquit ille) Cæsar construxit, qui & operis quæ illud ædificabãt uiros apposuisse dicit/ custodes, ne quis siue imprudens, seu consulto, uetustum introiret phanũ: & quæ in illo erãt prophane inspiceret: & ne quippiã ex ruinis illius: ut erant aliter transponeretur curarent, iussitq; insuper ut nouã templi extructionẽ circunducerent: quæ uetus illud undiq; cõplecteretur phanũ, de quo quæ antiquitus memoriæ

Hadrianus Cæsar

moriæ prodita sunt hoc maxime se habent modo. Fe- *Trophonius*
runt à principio templum illud Trophonium & Aga- *Agamedes*
medē deo architectatos fuisse: quernis trabibus simul compactis, cuius ingressu uiris interdixisse dicuntur, ni hil quidem quod illos aditu arceret astruentes, stamen autem laneum solūmodo pro foribus tendentes: quod illis qui numen uererentur terrorē religionēq; incutere posset. Cæterum Epytum Hippoti filium Arcadū re- *Epytus lumi nibus captus*
gem ferunt stamen illud aliquando desecuisse, impieq; in phanū & cōtumaciter penetrasse, sed statim lumini- bus captū marino (ut aiebat) æstu in oculos ingruente, paulo post mortē obijsse autumant. Vetus autē & con stans fuit fama illo in templo maris fluctū apparere. Quibus haud absona Atheniēses de fluctu qui in arce *Athenienses*
sua manifestissime percipi uidebatur asseuerabāt. Ca- res quinetiam illi qui Mylasam incolebāt in dei cuius- dam templo, quem patrio nomine uocabant Ogoam, *Ogoas deus apud Caras*
hoc idē euenire constātissime asseruerūt, cum alioquin ab Athenienſiū quidē urbe Phalereū: & quod ibi pro- pinquius est mare uicenis distaret stadijs. Mylaseis aūt nauale octuaginta ab urbe remotū fuisse stadijs dica- tur: sed Mātinæis etiā multo remotius erat mare: quod tamē numinis uolūtate (ut diximus) in templo aliquan do manifestissime uisum & auditū fuisse perhibetur.

De Euthymo Locrensi athleta, deq; illius pugna, cum Te messeo dæmone, & uictoria. Cap. XLII.

De Euthymo qui athleta superauit Temesseum

QVæ de Euthymo athleta genere Locro, deq; Heroë cum quo depugnauit ille, memoriæ prodita sunt, huiusmodi ferè fuisse perhibentur. Post euersam Ilium Vlyssem ferunt erroribus actum in Italiam uentis tempestatibusq; delatũ fuisse: & ad Temessam Locrorum regionis ciuitatem naues applicuisse, eoq; loci unum è nauticis illius socijs ebriũ cum uirgini cuidam indigeti stuprũ per uim intulisset, à loci illius accolis lapidibus obrutum interijsse dicũt, Vlyssem autem eius interitũ: utpote qui merito cæsus esset, haud magni fecisse: & inde quàm primũ abscessisse ferunt. Cæterum interfecti illius dæmon, haudquaquam postea cessasse dicitur omnes omnium rerum calamitates Temessensibus inferens, & in omnem æque sæuiens ætatem & sexum: adeo ut illi nulla sibi reliqua iam spe de relinquenda tandem Italia patrioq; uertendo solo planè cogitarent, Verum Pythia illis hac super re consulentibus respondit, ne Temessam relinquerent: sed heroëm illum à quo talia perpeterentur omni studio placare procurarent, & loco illi consecrato templũ construerent: in quo uirginẽ quot annis quæ in Temessa pulcherrima adiudicata esset, illi exponerent. Pythiæ igitur parentes illi, omniaq; ut iussi fuerant sedulò curantes, nihil amplius, ut aiunt, à dæmone illo incommodi patiebantur. Cum autem aliquando Euthymus athleta in patriam reuersus esset, forte fortuna ad constitutam illius sacræ cele-

celebritatis diē ad Temessam accessisse dicitur, percontatusq; rem ut erat, & templum illud ingredi, & expositam uidere uirginem concupiuit: ut autem ingressus plorantem cōspexit puellam, & iam uenturi dæmonis timore exanimatam, misericordia primo commotus, mox ut illam alloqui cœpit amore etiam incensus ualido, fide prius ab illa accepta, si eam seruasset, nō alium quàm se uirum habiturā, succinxisse se Euthymus tanquā cum dæmone pugnaturus dicitur: & ut memoriæ proditum est aduentantis postea dæmonis impetum & sustinuit facile, & illum tandem luctando superauit. Quamobrem Temessam dæmon ille reliquisse & uicinum in mare magno cum fragore & strepitu postmodum subintrasse dicitur. Celebresq; posthac Euthymi & Virginis illius nuptias uniuersa celebrauit regio à dæmone liberata, & hæc quidē de Euthymo feruntur. Cæterum pictam hac de re tabellā: quæ exemplo à uetustissima quadā tabula deducta fuerat, uidisse se Pausanias memoriæ prodidit. Erat autem, ut inquit, picta ibi iuuenili effigie Sybaris & Calaber fluuius, simul cū fonte Calyeo: aderat autē iuxta Temessa ciuitas & Iuno. & inter has dæmon ille, quem è regione Temessensium expulit Euthymus, colore quidem admodum niger. Forma uero quæ maxime se inspectantes perterre facere posset. lupi autem pellem indutus uidebatur: nomen etiam dæmoni appositum fuerat Lybantes.

Forma Temessæi dæmonis

Lybantes dæmon

Qui fluuiorũ fuerunt frigidissimi, & de Tenthi duce qui cum reliquis ad Troiam missus fuit, eiusq; interitu ex Phthisi. Cap. XLIII

Gortynus Arcadiæ fluuius frigidißimus.

GOrtynum Arcadiæ fluuiũ à Megalopoli ciuitate, haud longe distantem fuisse ferunt, huius latices omnium frigidissimos fuisse autumant, longeq; illum Cydni, qui Tarsum præterfluebat: & Melanis aquas, quæ stadiũ Pamphiliæ urbem alluebant: necnon Anelantis quem penes Colophonem fluentem elegiarum scriptores gelidissimum fuisse asserunt, frigiditate superasse fama est. ab hoc pagus quidã exiguus non longe aberat Tenthis appellatus, prius autem, ut ferunt, urbs ibi fuerat Tenthis, quæ ad Ilij expugnationẽ cum reliquis Græciæ populis copias ducemq; miserat nomine Tenthin. Is cum uniuersus Græcorum exercitus in Aulide uentis tempestatibusq; contrarijs detineretur, in Agamemnonis odium simultatemq; incidisse dicitur: ob idq; domum cum Arcadibus, qui illius illuc ductu uenerunt, ocyus ire perrexit. Palladẽ igitur ferunt Melanis Opis filij effigie: illi occurrisse, reditumq; in patriam Tenthi quàmmaxime dissuasisse. Tenthis autem odij adhuc plenus iraq; impatiens, hasta quam manu gestabat, deæ crus percussisse dicitur: nec minus ex Aulide socios etiam suos domum reduxisse. Cum autem ad proprias peruenissent sedes, deã sibi uidere uisus est alterũ crus sauciam, ex quo haud multo post ipse quidem

Cydnus fluuius

Melan

Anelon

Tenthis ciuitas

Tentis phthisi consumptus

dem phthisi cõsumptus est. Arcadibus autem solis ijs qui eo loci degebãt: fructuum omnium mira sterilitas insequuta est. Consulẽtibus igit illis hanc ob rem Dodonæum postmodum oraculum: & alia sibi à deo demandata sunt, ut ferunt, ad Palladem placãdam: & ut simulachrum illius ocyus erigerent uulneris imaginem in altero crurium insignẽ habens: quod etiam eo loci se uidisse fascia deligatũ: memoriæ prodidit Pausanias.

Dodonæum oraculum

De Lycæi Iouis phano in qd uiros ingredi nefas erat, ubi etiam nullas intrantes faciebant umbras. Cap. XLIIII

IN Lycæo Arcadiæ monte Iouis cognomẽto Lycæi percelebre (ut aiunt) erat phanũ: in quo uiros ingredi nefas fuisse dicunt. Quod si quis religione spreta ingredi ausus fuisset, illum postea integrum nõ superuixisse annũ ferunt. Fama est etiã siue uiros, seu feras quæcũq; templum illud ingressæ fuissent, umbram à se non iacere: accidisse autem hoc persæpe, ut à uenatoribus persecutæ feræ in phanum illud confugerint: illisq; ingredi subuerentibus: & à limine subinde prospectãtibus hoc clare uisum fuisse miraculum. Atqui Syenen ipsam incolentes quæ urbs Ægypti est & ad Æthiopiã uergere dicitur, sole cancrum permeante, nullas ex se umbras iacere dicũtur. Verum hoc ipsum in Lycæi Iouis templo toto anno perpetuum fuisse constat.

In Lycæi Iouis phanum uiros ingredi non licebat.

Syene Ægypti urbs

De Apollinis Diradiotæ cognominati in Argiuorum arce oraculo. Cap. XLV

IN Argiuorum arce ſacratũ, ut ferunt, Apollinis fuit templum cognomine Diradiotæ: locus enim ubi ex/ædificatum fuerat, Diras appellabatur: eius autem dei reſponſa, & oraculorum modus qui ad Pauſaniæ uſq; tempora peruenit huiuſmodi fuiſſe dicitur. Mulier uates erat, quæ per omnem ætatem uiri expers & neſcia fuiſſet: hæc noctu menſibus ſingulis agnum deo immolabat: cuius ſanguine deguſtato, deo plena ſtatim fiebat: futuraq; clariſſime hoc modo præcinere dicebatur. Nec ſecus in Hyſia Bœotiæ ciuitate ſimile huic oraculorum fuiſſe genus Bœotij perhibent, eo namq; loci in Apollinis tẽplo ſacer uiſebatur puteus, à quo aqua epota ſacerdos ueriſſima dabat reſponſa.

Apollinis Diradiotæ oraculum

De miraculis quæ in tẽplo Mycaleſiæ Cereris apud Bœotios fuere celebrata. Cap. XLVI

IVxta Mycaleſſam Bœotiæ ciuitatem ſecundum mare, Mycaleſiæ Cereris fuiſſe dicitur templũ. Hoc noctibus ſingulis & occludi & aperiri ab Hercule uulgo accolæ credidere. Herculẽ autem illũ fuiſſe ex ijs unum qui Idæi Dactyli ſunt appellati. Quinetiam huiuſmodi addebant miraculum, quoſcunq; autumni tempore fructus tellus ex ſeſe producit: ſi ante ſimulachri pedes illius fuiſſent depoſiti integros illos & uegetos per uniuerſum ferè anni ſpatium perdurare ſolitos.

Hercules ex Idæis Dactylis

De Tanagreis Gallinaceis. Cap. XLVII

IN Tanagra Bœotiæ ciuitate gallinaceorum gallo/

rum

rum duo quædã fuisse perhibentur genera. Vnũ quod bellicosum & erat & cognomine appellabat. Alterum quod Cossyphorũ uocabant gallorum. Erant autem ij auibus Lydis magnitudine, haudquaquam absimiles, colore uero adeo nigro, ut cum coruis facile certare possent. Cæterum crista ijs anemonæ floribus erat quam simillima. Præterea albicantes etiam quasdã maculas: & in summa rostri aduncitate: & in extrema desinentis caudæ parte omnes habuisse dicuntur.

De Tanagreis gallinaceis

De Pindari uatis sepulchro, & de anu Thebana Pindari uatis cognata. Cap. XLVIII

THebis iuxta stadiũ Hippodromus fuerat in quo poëtæ Pindari sepulchrum uisebatur, quem ferũt cum puer adhuc esset: & æstatis tẽpore Thespias pergeret die ferè medio calore defatigationeq; uexatum, cum paulum è uia diuertisset in gramine consedisse: & ut erat, profundissimo obdormiuisse somno, ad cuius os postea dormientis apes aduolasse: & eius in labijs mel lis fauos cõstipasse perhibẽt. Et hoc (ut aiunt) odarum poëticarũq; fuit exordiũ, à quo in uniuersam postea Græciam celebris illius fama defluxit. Cęterum maximam illi artis huius dignationẽ & gloriã Delphici Apollinis oraculo obtigisse fama est. Siquidem delphis hominibus mandasse perhibetur: ut eorum quæ sibi oblata forent æquam Pindaro portionem darent. Ferunt quin etiam Pindaro iam senescẽti huiusmodi apparuisse in som-

Pindari uatis sepulchrum

Attestatio Delphici oraculi de Pindaro

Somnium Pindari

somnium: assistentem scilicet uisam Persephonem de illo conqueri, quod sola deorum illius carminibus celebrari non meruerit. Cæterum haud multo post fore dixisse: ut cum ad se accessisset ille hymnū in sui laudem uel mortuus componeret. Et Pindarus quidem decima ab hoc somnio aduētante die uita functus est. Thebis autem anus quædā erat (ut aiunt) quæ per omnem ferè ætatē hymnis cæterisq; huiusmodi poēmatibus impēsam semper nauauerat operam, cum natura (ut par est) ad ea studia illam impellente: tum Pindari etiam poētæ cōsuetudine edocta, cui illa sanguinis cognatione fuerat propinqua. Huic Pindarus dormienti noctu astitisse: & hymnum in Persephonem compositū à capite ad calcem integrū ceciniſſe dicitur. Experrecta mulier, quem adhuc mente tenebat hymnum ijsdem conscripsit uerbis, quibus Pindarū in somnis recitantē audiuisse uisa est. In quo hymno & alia Plutonis cognomina leguntur, & Chrysenios deus, id est, aureis utens habenis, à Pindaro appellatus est: quod maxime in illum propter Proserpinæ raptum: & merito dictum esse uideretur.

De anu Thebana Pindari uatis cognata

Quinam fuere Cabiri: deq; illorum occultis mysterijs, & de Cabirorum inexorabili indignatione. Cap. XLIX

IVxta Dircis fontem Thebis, Cereris Cabiriæ, item Proserpinæ lucus erat, quem ingredi nisi illorum initiatos mysterijs ingens piaculū fuerat: ab hoc septem distans

distans stadijs Cabirorum erat phanum. Qui autem fuerint Cabiri, & quæ illis & Cereri matri fieri consueuerint sacra, ne in uulgus proferret religione se prohibitum fuisse Pausanias scribit. Cæterum nihil sibi obstare ait quominus hæc de illis pauca studiosis antiquitatis in medium proferat: Vrbem scilicet eo loci aliquando fuisse, accolasq; illius Cabiros appellatos. Ad Prometheum autem & Etnæum eius filiũ Cabirorũ gentis, Cererem quondam accedentem, quædam illis tradidisse: & apud illos depositum fuerit illud: & quæ postea sint consecuta, neq; clare à quopiam sciri, neq; si sciantur in uulgus proferri oportere scribit. Sed hoc pro comperto inquit haberi, Cabirorum iras indignationem q; fuisse hominibus maxime inexorabilem, cuius rei cum multa afferri possint testimonia, tum illud uel maxime hoc ipsum declarare uidetur. Nam cum mysteria illa, quæ Thebis fiebant quidam Naupacti eodem ferè modo facere ausi fuissent, omnes breui tempore: ut aiunt, funditus interijsse constat. Quicunq; etiam Persarum cum Mardonio & exercitu Xersis circa Bœotiam fuerãt & templũ illud siue in deorum contemptum, seu pecuniæ spe ingressi sunt, omnes illico rabidus quidam inuasisse dicitur furor, & seipsos postea aut è scopulis desijcientes, aut in mare præcipitantes ad unum omnes miserabiliter interiere. Alexandri quinetiam milites post q; acie

Cabirorum phanum

Qui nam fuere Cabiri Prometheus Etnæus

Cabirorum inexorabilis indignatio

Bœotios profligarunt: & Thebas ipsas ui ceperunt, quicunq; templum illud iure belli tanquam hostilis regionis ingressi fuerunt, omnes de cœlo fulguribus fulminibusq; dissipati interñsse dicuntur. Ex quibus Cabirorum implacabiles iras indignationemq;: uniuersa maxime expauit antiquitas.

De Laconicis Lapidicinis. Cap. L

De Laconicis lapidicinis

LAconicum marmor iuxta Gythium maritimã Laconiæ ciuitatem effodi solitum fuisse dicunt, cuius lapidicinæ in pago croceæ appellato uisebantur. Fuerat autem interpolis petra, neq; continenter uenarum tramitibus procedens, neq; magnas habens lapidum moles. Sed figura magnitudineue haud absimilẽ materiam prębebat ijs qui in fluminibus passim reperiuntur lapidibus. Verum præduri erant admodũ lapides ij & qui non facile secari possent, ijs sacræ quondã ędes & deorũ templa decenter ornari, balnearũ quinetiam parietes & piscinæ uenuste incrustari consueuere.

Heroum ænea fuisse arma non ex ferro. Cap. LI

Heroũ ænea fuiße arma

HEroum arma nõ solum thoraces & clypeos, eaq; quibus corpora tute communiri solẽt: sed illa etiã quæ manu gestabantur, & quibus hostes impetebantur ex ęre fuisse & non ex ferro uniuersa testimonio est antiquitas: siquidẽ Homerus huiusmodi Pisandri Bipennem, & tales Meryonis fuisse sagittas carminibus suis testatur. Quod clarissime etiam indicio esse potest

Achillis

Achillis hasta in Phaselide Pamphyliæ ciuitate Pallidi quondam dicata, & in eiusdem deæ sacrario reposita cuius æneam fuisse cuspidem Pausanias refert. Nicomediæ præterea in sacro Æsculapij templo, Memnonis (ut ait) ensis ostendebatur non ex ferro, sed ex ære conflatus.

Achillis hasta in Phaselide

Memnonis ensis Nicomediæ

De Helo Laconiæ urbe, unde Helotes dicti. Cap. LII

IN maritimo Laconię tractu ciuitas fuit Helos quondam appellata, cuius etiam in nauium enumeratione Homerus meminisse uidetur carmine illo. Qui Helon & Elaphon clarasq; tenebat amyclas. Hanc inter Persei filios natu minorem Helon nomine condidisse ferunt: quæ postea cũ à Dorienſibus defecisset obsidione tandem expugnata, funditus euersa est, & eius uniuersus populus in seruitutem redactus: & ij fuere (ut aiunt) prima Lacedæmoniorũ reipub. seruitia Helotes nũcupati. Postea aũt diutina inualuit consuetudine: ut Dorienses omnes seruos quales fuerũt ij, etiã quos iure belli è Messenijs ceperant, Helotas appellarent.

Helos Persei filius

De Delphino & puero in Porosselene Ioniæ ciuitate. Cap. LIII

DElphinum se uidisse in Porosselene Ioniæ urbe refert Pausanias qui inclamatus à puero quodã, ocyus aduentare solebat: illũq; quãdo libuisset dorso subnixus leniter per maria ferre cõsueuerat, collati: ut ait, in se beneficij memor: quoniam eum quondam à piscato

De Delphino & puero

ribus captum puer ille exemisset & abire permisisset: uulnus insuper quod inflixerāt illi salutariter medicatus fuisset. Quamobrē uera esse illa quę de Cytharedo Arione, & de Iasæo puero, cū pleriq; alij, tum Herodotus & Plinius referūt, haud magna cū re credi potest.

Arion cytharedus

De quibusdam uelut hæreditarijs mortium generibus. Cap. LIIII

NVlli mirum merito uideri debet sicut aliarū plerunq; rerum nonnulla, mortis etiamnum genera quædam ueluti hæreditaria & gentilia pleriscq; nōnunquam obtigisse. Siquidem ex Ida & Marpessa Apharei filia genita Cleopatra Meleagri uxor, Polydoram, siue ut quidā malunt, Laodamiā peperit, quæ Protesilao nupsit illi, qui primus ex Græcorum exercitu apud Ilium cecidisse dicitur, eæ nanq; tres continenter fœminæ præmortuis uiris suis, sibi ipsis manus attulisse dicuntur. Cuius rei testimonium etiam esse potest Deciorum patris & filij apud Romanos diuulgatę mortes, qui se pro patriæ salute deuouentes illam quidem ab imminenti uterq; periculo liberauit, seipsos uero hostibus trucidandos similiter ambo tradiderunt.

Marpeßa Idæ uxor.
Cleopatra Meleagri uxor.
Laodamia
Protesilaus
Deciorum apud Romanos mortes

Quæ apud Græcos Neoptolemæa dicta ultio & unde nomen inuenit. Cap. LV

NEoptolemæa ultio apud Græcos iā celebris prouerbij locū sibi usurpasse usuetur: quod tunc commemorari sane solet, cum quispiam ijs quæ prius in alium

alium crudeliter patrauerit: ipse postea eodem etiã modo ab aliis merito plectitur: cum enim Neoptolemus Achillis filius Priamum iam senem ante sacras hercæi Iouis aras iugulasset: ipse postea domũ rediẽs ab Oreste in Delphici Apollinis tẽplo ante illius aram interfectus est: à quo Neoptolemæa uocitata est ultio.

Neoptolemus

Oreſtes

Prouerbiũ

De Gryphis animalibus, eorumq; figura. Cap. LVI

ARisteus Proconnesius teste Pausania, in carminibus suis Gryphas memorat apud Arimaspos reperiri: cum quibus assidue ijs bellum esse ob auri prędam dicit, quod passim eo loci ex terra pullulat: & à Gryphis diligentissime custoditur. Esse autem Arimaspos ad Septentriones expositam ait gentẽ, moribus efferam, naturæq; habitu unoculam. Gryphas uero ipsos ex alitum genere feras inquit esse equis haud absimiles: uerum quæ capita cum incuruis rostris aquilarum more, sed aurita habeant.

Ariſteus Proconneſius hiſtoricus.

De Gryphis

Vnde Ardalides dictæ sint musæ, & de Ardali ara in qua musis & somno rem diuinam faciebant. Cap. LVII

IN Trœzene sacrum quoddam, & antiquitate cõspicuum fuisse dicitur templum, quod musis Ardalum Vulcani filium consecrasse fama erat. Hic fuit Ardalus ille, qui primus tibias inuenisse perhibetur: & ab eo Ardalidas musas appellatas dicunt. Hoc in loco Pitteum Pelopis filium dicendi artẽ docuisse ferunt. Cõmentariosq; illius quosdã ad id ipsum pertinẽtes uidisse se di-

Ardalus Vulcani filius primus tibias inueniße fertur

Ardalides muſæ

cit Pausanias: quos ab hospite quodã suo Epidaurio legendos acceperat. Non procul autem à templo illo antiqua ostẽdebatur ara: quę Ardali seruabat nomen, super quam musis & somno rem diuinam facere loci illius accolę cõsueuerãt, id ipsum rati inter deos reliquos musis ipsis amicum maxime & gratum esse somnum.

Musis & somno rem diuinam faciebãt

De Corinthio ære & illius temperatura. Cap. LVIII

CORinthium æs quod antiquioribus seculis maximo fuisse in precio ueteres rerum scriptores prodidere, non ex metallis æris quæ apud Corinthum nulla fuere, constasse perhibetur, indeq; nomen reperisse: Neq; quod falso dixere quidam: quoniã fortuita quadam mixtura Corinthi apparuisset cũ quædam cõflagrasset domus, in qua auri argẽtiq; uerum plures æris seruabantur massæ. Sed ob artem ipsam cõfecturæq; modum qui Corinthi fiebat sic fuisse appellatum constat. Candẽs enim æs frigidissimo in fonte Pirenes demergebãt, ex quo aquæ illius occulta ui singulare temperamentũ speciemq; illã saturata cõbibebat massa, quibus ad uasa & statuas, & id generis cętera reddebatur aptissima, speciemq; & decorem eximium cõtrahebat. Erat autem Pirene Corinthiorum in arce fons perennis, cuius perspicui latices & potu suauissimi, ex candidissimis marmoribus speluncarum continenter positarum speciem præbentibus scãturientes, in subdiualem deriuabantur fontem, qui uniuersæ postea urbi salubrem

Corinthiũ æs & eius temperatura

Pirene Corinthiorum fons

lubrem pariter & uberem ſubminiſtrabat uſum. Hunc ex puella quondã in lachrymas reſoluta, largiter efflu xiſſe, uulgi conſtans priſcis tẽporibus fama percrebuit.

De Pythalo Athenienſe ficus inuentore. Cap. LIX

Pythalus Athenienſis ficus inuentor.

PYthalum ficus arboris primum fuiſſe inuentorem Athenienſes conſtanter aſſeuerant. Hic enim iuxta Marathonem anguſti agelli dominus cum errantem (ut aiũt) Cererem hoſpitio benigne ſuſcepiſſet, eius meriti gratia à dea ficulneo donatus ſurculo, diuini illius muneris humanum genus particeps eſſe uoluit: cuius rei epigramma etiã quod in Pythali ſepulchro inſculptum uiſebatur, proculdubio teſtimoniũ ferre poteſt, erat autem huiuſmodi,

Ceres uaga & errans

Pythalus hic ſitus eſt celebrandi nominis heros
Qui quondam hoſpitio cererem ſuſcepit: at illi
Frondentem dea grata dedit pro munere ficum,
Ex quo perpetuum genus hoc celebratur in æuum.

De Canephoris puellis apud Athenienſes, & quæ factitare ſolebant. Cap. LX

DE Canephoris Athenienſium appellatis uirginibus, quarum apud ueteres non ſatis frequens nomen eſt, hæc Pauſanias memoriæ prodidit. Virgines duas fuiſſe inquit, quæ non procul à Palladis cognomine Poliadis templo, domiciliũ haberent. Eę autẽ ſingulis quidem diebus ad deæ templũ uentitabãt, illiq; de more aſſiduo miniſtrabãt obſequio. Sacro uero illius aduentante feſto, quod quot annis ſtatis quibuſdam

Palladis Poliadis templũ

diebus

diebus celebrare solebant hæc facere dicebantur. Pridie eius diei multa de nocte ad Palladis sacratam Antistitem accedebant, à qua canistra quædam accipientes cum abditis quibusdã sacrorũ mysteriis, quæ neq; ipsæ scirent, neq; sacerdos etiam illa nouisset, & supra caput sibi imponentes, recta ad sacrũ quoddam in urbe septum non procul inde distans accedebant, quod Veneris ortensis appellabatur, ubi subterraneus quidam descensus natura non arte factus uisebatur. Illac in subditũ descendentes specũ uirgines, quæ secũ attulerant canistra eo loci relinquebant: aliud autem quiddam pari celatum modo ibi accipientes efferebant. Ex quo postea uirgines quidem illas liberas ire permittebant: & suæ spontis esse sinebant, alias uero illarum loco duas rursus capiebant: & eiusdem ministerij causa in arcem deducebant.

Septum Veneris ortensis

De Eurynomo appellato dæmone eiusq; forma, & de Pythonibus, & Euricleis appellatis dæmonibus. Cap. LXI

DE dæmone qui Eurynomus appellatus est, neq; Homerus in Odyssea, neq; poësis illa quæ apud Græcos Minyas est cognominata, neque ipsi reditus, quod genus poëmatis νόστους appellant, mentionem feciſſe ullam uidẽtur, atqui in ijs omnibus poëmatum commẽtarijs de inferorum supplicijs & pauoribus luculente & fuse perscriptum fuisse autumant. Cæterum Delpho-

Poëmata apud Græcos, quæ de inferis mentionẽ faciunt.

Delphorũ interpretes: & íj maxime qũi inter illos peritiores habiti sunt Pausania referente Eurynomũ dixerunt inferum fuisse dęmonẽ, qui mortuorũ carnes absumeret & deuoraret, ita ut sola ex íjs & nuda relinquerẽtur ossa: pingebãtq; illũ horrida quadã & terribili specie exertis dentibus trucem, in uulturina pelle sedentẽ, colore inter ceruleum & nigrum ferè medio, qualis musculorum color inter reliquas animaliũ carnes esse perhibeť. Cæterũ quoniã hoc in loco de Eurynomo mentionem fecimus, non abre fuerit, sĩ pauca etiã de quodam dæmonũ genere, quos Euricleas & Pythonas ueteres uocauerũt, in mediũ afferamus. Illos enim (ut nũc etiã de spiritibus quibusdã uulgo credunt) hominũ ingredi corpora solitos: & eorũ uti uocibus & linguis ad futurorũ prædictiones constanter existimauit antiquitas. De quibus Plutarchus Chæroneus in dialogo ubi causas deficientiũ rimatur oraculorũ, hæc ipsa ad uerbum scripta reliquit. Stultũ profecto & puerile est existimare deum ipsum uelut illos quos uentriuagos Euricleas quondam: nunc uero Pythonas appellant, prophetarum ingredi corpora: & sic loqui illorum ore & uocibus ceu instrumento quodam utentem.

De Eurynomo appellato dæmõe, eiusq; forma

De Byssi natura in Elide, & cur equæ ibi ex asinis concipere non poterant. Cap. LXII

DVo fuere non mediocri admiratione digna, quæ in Elidis regione animaduersa, silentio se præteri-

De Byssi natura

ri non sinunt. Vnum byssi ipsius natura, quod ibi tantummodo: & nusquam præterea in tota Græcia nasci proditum est. Quod elegans alioquin & tenuissimum cum Hebræorũ regionis byssο non immerito comparari poterat: nisi quod nõ similiter erat flauũ. Alterum quod uulgo iam diu proditũ quotidiana postmodum experientia fuit animaduersum. equę enim in regionis illius cõfinio ex asinis concipere, haudquaquã poterãt. quæ si extra illius limites educerẽtur, & cõcipiebãt statim, & nullo negocio quemadmodũ apud alios pariebant. Huius autem rei causam ad imprecationes diras ḉ quasdam antiquas, eius loci accolæ reuocabant.

Cur in Elide equæ ex asinis concipere non poterant

Qui primi æris metalla conflarunt, & de Polycratis tyranni gemma. Cap. LXIII

MEmoriæ proditum est Rhæcum Phiæi filium, & Theodorum Teleclei Samios, primos omnium æris metalla conflasse, & deorum ex ijs prima effecisse simulachra. Huius Theodori opus, celebris illa & decantatissima Polycratis Samiorum tyranni fertur fuisse insculpta gemma, qua ille plurimũ delectatus cum inde fortunæ suæ constantiam prosperum ḉ tenorem interpellare cuperet, illam è nauigio in mare proiecisse dicitur, quæ ab eximiæ magnitudinis statim excepta pisce: ut ostẽtum faceret: rursum domino restituta fuit pisce illo capto: & in tyranni culinam importato & desecto. Fuisse autem illam smaragdũ nonnulli ueterum

Rhæcus Theodorus

Polycratis gemma

Pausania

Pausania teste uoluerunt: plerique uero quos Plinius se- *Plinius secun-*
cundus sequit Sardonicem fuisse autumant: Romæque *dus*
illa in concordiæ delubro cornu aureo inclusam Augu
stæ donu inter alias coplures & pulchriores nouissimu
pene locum obtinentem à se uisam, idem scribit autor.

De admirabili equi statua Olympiæ Phormidis de-
nominata, & de ignibus in deæ Persicæ appellatæ
phano sponte ardentibus. Cap. LXIIII

MIra profecto fuere quę de Phormidis equo Olym
piæ celebrata sunt: multorum tamen oculis tem-
poribus illis fama testatior fuit. Memoriæ enim prodi
tum est in celebri statuaru repositorio: que locu Olym *Altis locus*
piæ Altin uocabant, in quo illorum qui in sacris certa-
minibus uictores euaserant, simulachra cum titulis eri-
gere & collocare mos illis fuerat, æneam equi fuisse sta
tuam: iuxta quam stratoris habitu alteru hominis asta
bat simulachru, ambo Dionysij argiui opera. Magni- *Dionysius*
tudine autem & forma equi statua illa satis exacta fue *argiuus*
rat: ueruntamen quæ à plerisque eo loci positis in utrisque
ijs facile superaretur: cuius etiam refracta cauda mul-
tum illi gratiæ decorisque auferre uidebatur. Fuisse au-
tem illam Phormidis cuiusdam donum, insculptum in
illius aluo soluto sermone huiuscemodi declarabat epi
gramma. Phormis hanc obtulit archas ex Menalo:
nunc uero Syracusius. Cæterum ille fuerat equus cuius
in fabrica dum conflaretur Helij hippomanem uirus

infusum fuisse pro certo tenebant. Nam aliquã in illius structura occultiorem etiam magicæ artis interfisse causam/non immerito credi poterat. Siquidẽ equi omnes masculi, non solum ueris tempore quo turgescere & in uenerem ferri id animal solet: sed toto etiam anno, & diebus singulis, illac transeuntes, adeo effebantur in uenerem, sic concitate ruebant ut difractis sępius uinculis, sessorem ꝙ interdũ ipsum ui auferentes: & sæpe sternentes, crebris hinnitibus, nariumꝙ terribili afflatu in Altin inferrentur: & equum illum furiosius cupidiusúe ascenderent quàm si pulcherrima ex uiuis, & ex ijs quæ iniri solerent fœmina fuisset, neꝙ inde ui ulla postea abstrahi abduciúe prius poterant ꝯ crebro inuitoꝙ ascensu, semper ab æris apprehensu labentibus ungulis defatigati, & flagellis insuper fustibusꝙ cæsi, maximo cum labore inde asportati potius ꝯ abducti fuissent. Ad cuius rei fidem, magnæꝙ facultatis testimoniũ aliud hoc ipso nihilominus mirandũ in Lydia se uidisse Pausanias refert. Fuisse enim Lydis omnibus percelebrem ait Deam: & quę impensius ab illis coleretꝰ nomine Persicam: huius & alibi eius regionis: sed in duabus præcipue urbibus Hierocæsarea scilicet & Hypæpis/celeberrima fuisse scribit templa: quorũ in utroꝙ paruum fuerat sacellũ cũ ara super quã semper cineres iacerent, qui aliũ quendam colorem speciemꝙ ꝙ consueti præbent cineres præ se ferre uidebantur.

De Persica apud Lydos

Cum

Cum autem rem ibi diuinam de more facere uolebãt, ſacrarium illud uir magus ingrediebatur, lignaq; tantum ſecũ afferens ſicca illa ſuper aram imponebat. Deinde thyaram capiti aptans: manuq; librum retinens, barbara quædam ex illo nomina lectitabat, precationesq; quaſdam patria canebat lingua: ſtatimq; nullis ſubditis ignibus ſponte ſua ligna illa clariſſimam concipere flammam: & manifeſte ardere uiſebantur.

De materijs ex arboribus ex quibus Deorũ ſimulachra factitari ſint ſolita. Cap. LXV

MAteriæ ex quibus Deorum facere ſimulachra & imagines antiqui conſueuere: exceptis inquã metallorum lapidumq; generibus: eæ ferè perhibentur: quas diligẽti uariaq; lectione ſolas ſe animaduertiſſe Pauſanias ſcribit. Ebenus: Cypreſſus: Cedrus: Quercus: Milax: Lotos: Buxum. Iis etiã oliuæ radicem, qua in minoribus utebãtur ſimulachris Theophraſtus addit. Vitis etiamnum lignum refert Plinius, & ex illo Iouis antiquiſſimum ſimulachrum in Populonia Italiæ urbe, tot æuis incorruptum cõſpexiſſe ſe ſcribit: nec immerito (ut arbitror) Si enim materiæ firmitudo ad id maxime requirebat operis, quã ſupra memoratæ omnes habent arbores, nulli à Vite alio ligno æterniorem eſſe naturã, multis cõpertũ eſt experimentis. Cæterum cũ iſthæc hoc ſe habeant modo, Mercurij tamen Cyllenei in Arcadia ſimulachrum ex nulla iſtiuſmodi ma

teria constructum fuisse narratur: sed ex thya arbore, quæ ab Homero Trogete appellatur, quam inter odores uri in delitijs Calipsus memoriæ prodidit. Præcipuam autē esse eam arborem circa Hammonis delubrū, & in alio etiam Cyrenaicę regionis tractu refert Theophrastus. cuius uniuersa species cum ramorum foliorumq; tum stipitis ipsius & fructus, Cypresso haud absimilis esse perhibeē: ut reputari agrestis plane possit cypressus. Ex hac etiam ueterum templorum contignationes effectas. Quinetiam ex eius radice, qua nihil est crispius, preciosiora & exactiora opera factitata fuisse: idem scribit autor.

Thya ab Homero Trogete appellata

De celebratis uetustate arboribus quæ uarijs in locis memoriæ sunt proditæ. Cap. LXVI

CElebratissimæ arborum: & eædem antiquissimæ quæ literarū ferè omnium monumentis illustratæ, longis annorū seculis ad Theophrasti usq; ad Pausaniæ etiā tempora peruenisse dicuntur: eæ fuerūt. Primum Samia uitex (est autē salicis genus uitex) quam Græci λύγον uocant. Hæc autem in Iunonis Samiæ templo enata uisebatur. Post hanc ætate secundæ Dodonæa quercus, oliuaq; in Athenarum arce sata: & altera item olea quæ Deli fuisse perhibetur. Tertias uero antiquitatis fama sibi uendicasse partes laurum refert Pausanias: quæ apud Assyrios ostendebatur. Postea omniū antiquissima fuisse fertur Platanus apud Caphien-

Dodonæa quercus.
Olea in Athenarum arce.
Olea de liaca.
Laurus Assyria

Caphienſes in Arcadia quam plantaſſe Agamemnonem fama erat. Sicut aliam etiam apud Delphos Platanum eiuſdem herois ſatu enatam ad ſua uſq; tempora perduraſſe Theophraſtus memoriæ prodidit. Addit præterea idem autor antiquiſſimas extimari arbores tum palmam deliacam: tum Olympię oleaſtrum: ex quo ſacrorum certaminum uictores coronari mos fuerat. Fagos quinetiam quæ apud Ilium in tumulo uiſebantur Ili, uetuſtate præcipue excelluiſſe dicit.

Platanus Caphienſis
Platanus Delphica
Palma deliaca.
Oleaſtrum Olympiæ.
Fagi Ilienſes.

De Iouis Lycæi fonte miraculoq; de illo celebrato. Cap. LXVII

DE fonte qui Agriæ uocabatur in Lycæo Arcadiæ mõte: mira hæc ſcribit Pauſanias. Siquidẽ in primis ęſtatis & hyemis tẽporibus Hiſtri amnis incremẽta decrementaq; ĩſdẽ ferè diebus occulta naturę ſuę ui ſubſequi ſemper eſt ſolitus. Quod ſi forte ſquallẽtis anni ſiccitas (ut aſſolet) quæpiã regionis illius tractũ exuſſiſſet, ut inde ſtirpiũ omniũ & ſeminũ timeretur interitus, hoc ſibi præſentaneũ remediũ loci illius accolæ adhibere ſolebãt. Iouis Lycęi ſacerdos latices prius ſacros ueneratus: imolatiſq; hoſtijs & re diuina: ut moris fuerat perfecta, quercus ramũ quẽ manu ob id geſtabat in ſacratũ demittebat fontẽ, ita ut nõ penitus immergeretur, ſed ſuper aquas nataret: Exin fontis motione illa quã iniectus effecerat ramus, halitũ quendã illico nubeculæ ſimilem ſurſum ferri autumabãt, ex quo haud multo

Sacerdos Iouis Lycæi

multo post iam exacta cõflabatur nubes: inde multis etiam ad illam cõcurrentibus nebulis cœlum omne penitus obducebat: largiq; postea paulo interiecto spatio regionem illam aquarum irrigabant imbres.

De quatuor sacris Græciæ certaminibus, & de illorum coronis, & quamobrem uictores omnes palmæ ramum manu gestabant. Cap. LXVIII

PEruulgatissimum inter omnes est: & passim apud ueteres historiarum scriptores memoriæ prodi-

Quatuor in Græcia sacra certamina

tũ: quatuor in uniuersa Græcia sacra fuisse certamina. Quorum duo quidem Deorũ immortaliũ honori, Iouis scilicet & Apollinis fuerant cõstituta, Olympicum & Delphicum. Duo uero reliqua Nemæum, & illud quod in Corinthi isthmo fiebat, uita functis hominibus Palemoni & Archemoro attributa fuere. Variæ quinetiam in ijs certaminibus coronæ uictoribus dari consueuerant: siquidem Olympiæ uictor oleastri corona donabatur. Delphica uero Laurus, uictorem Delphis uinciebat: in Isthmo autem ex pinu sertum: & in Nemæa ex Apio: certaminum illorum uictoribus dari mos fuit. & hæc ut dixi fere omnibus palàm esse constat. Illud aũt plerosq; latere solet: aliorũ scilicet omniũ uictores certaminũ palma insigniri solitos fuisse: nam omnibus sine cõtrouersia palmæ ramũ manu gestare semp in more fuit. Palmacei igit huiusmodi gestaminis hęc prima fuisse perhibet origo. Theseum ferũt ex

Vnde primũ uictores palmæ gestamine fuerint insigniti. Theseus

Creta

Creta Minotauro deuicto redeuntem, Delum appli/cuisse, ibiq; ob monstri reportatam uictoriam sacros Apollinis ludos feciſſe. In quibus uictores primus De/liaca palma donasse dicitur. Inde inoleuit mos cuiuſ/cunq; certaminis uictorem palmæ ramis decorari. De/liacæ autem palmæ, cum alij pleriq; meminerunt auto res: tum Homerus ipse in Vlyssis apud Nausicem Al/cinoi filiam oratione/mentionem facit.

De Anigro Elidis fluuio, tetroq; illius odore uariæ diuer/sorum sententiæ, & de Anigrensibus nymphis quæ uitili/ginem curabant. Cap. LXIX

DE Anigro Elidis fluuio qui in Arcadiæ monte La pitho ortus per Samicum eius regionis mariti/mum tractũ, in mare delabitur, hæc apud Pausaniam scripta cõperimus. Hunc scilicet à prima statim fontis sui origine insuaues & tetri odoris habere aquas, quæ nec pisces ullos, nec animantium aliud quippiam enu/triunt genus. Cæterum Acidante fluuio secum permi/xto, qui per aliquãtulum spatij solus defluens Anigro postmodum illi cõmiscetur, pisces quidem in illo repe/riri dicit: uerũ insuaues & ingratos, & qui ad nullos pe/nitus mensarum exposcãtur usus, cũm alioquin in Aci/dante ipso antequàm defluat in Anigrum excepti eius generis pisces gratissimi existant saporis, & lautioribus etiam epulis exquirantur. Hunc autem tam dirum flu/uij odorem ex peculiari intimaq; telluris ui per cuius la

l tentes

tentes abditasq́ priusquàm exeat delabitur fibras, ue-
risimiliter effici non immerito credere se scribit Pausa-
nias. Sicut etiam in Ionia aquis quibusdā usu eueniſſe
dicit: ut similem ob causam, uel solo halitu suo homi-
nes etiam necare ualerent: Verum alios inquit alia de
hoc fluminis odore licēter etiam fabulari non destitis-
Chiron Pyle nor centauri se. Quidam enim, inquit, Chironem ipsum: nōnulli ue-
ro Pylenorem centaurum ab Hercule Hydræ Lerneæ
tabo delibutis sagittis uulneratū, hoc in flumine cruo-
rem & uulnera abluisse ferūt: ut hydræ uirus fluuio elu
tum tam tetri aquarum odoris habeatur in causa. Nec
Melampus desunt etiam, inquit, qui huiusce rei causam in Melam
podem Amythaonis filium referant: qui postea quàm
Prœtides furentes prœtidas carmine libaminibusq́ quibusdam
ab insania (ut aiunt) liberauisset, purgamēta illa omnia
in præcurrentē Anigrum imprudens proiecerit, à qui-
bus tam dirus aquis eius odor perpetuo sit inustus. Et
hæc quidem de fluuio ipso memoriæ prodita sunt. Cæ
terum haud procul ab illo spelunca ostendebatur quæ
Anigrenses nymphæ dam: quæ Anigrensium Nympharum appellabatur:
hanc siquis uitiliginis morbo seu illius quæ alba uoca-
tur, siue quæ nigra dicitur, detentus intrasset, nymphas
prius illas de more ueneratus, sacrificiōq́ quoddam ge-
nus se illis facturum pollicitus: & postea infirmam fœ-
Vitiliginis remedium damq́ corporis sui partē abstergens, flumen illud tra-
nasset, è uestigio omni corporis uitio membrorūq́ fœ-

ditate

ditate deterſa: & ueluti in aquis derelicta, ſanus & integer exire & emergere dicebatur.

Cur in ſympoſijs coronati diſcumbebant, & quod Epithimiades pectorum uocabantur corollæ: coronarumq; nominis origo. Cap. LXX

QVæri ſolet, & non immerito (me hercule) à nonnullis literarum bonarũ ſtudioſis, cur in ſympoſijs ſuis antiqui ſertis caput redimiti diſcubuiſſe dicantur. Sic enim apud pleroſq; ueteris memoriæ conditores illos ſemper factitaſſe nobis proditũ eſt. Huius autem rei cauſam & Ariſtotelem philoſophũ: & Chium Ariſtonem inter peripateticos haudquaquam ignobilem in libris ſuis De amoribus reddidiſſe, teſtis locuplex eſt in ſophiſtarum cœnis Athenæus. Cum enim antiqui, inquit, liberalius in ſympoſijs ſuis uino ſe inuitarent: & profuſe biberent, ut capitis doloribus, quod merũ largius præſertim hauſtum, perſpicue petere ſolet ſalutariter occurrerent: faſcijs id & quolibet ligamentorum genere circũligare conſueuerunt. Poſtea autem progredientibus ætatibus hominum (ut aſſolet) ad excolenda ornãdaq; antiquitatis inuẽta, ingenioſum ſemper & induſtrium genus: neceſſitati huiuſmodi utilitatiq; ornatũ etiam & elegantiã ineſſe uoluit, inuẽtumq; addidit decorem. Corollæ igitur in ſympoſiorum licentia introductæ fuerunt, quæ & uſum priorẽ facile præſtarent, & ſpectantium oculis nitidam etiam cultus elegantiam

Ariſtoteles Ariſtochius

Athenæus

Vnde corollæ in ſympoſijs inductæ

gantiam decenter afferrent, Pectora quinetiam ipſa, in quibus fons origoq; uitæ reſidet cor, unguētatis circun dediſſe coronis antiquos in ſympoſijs, idem refert au/tor: ut hac etiā corporis parte decentius ornata diſcum bere uiderentur. Eas autem coronas Epithimiadas uo citatas fuiſſe ſcribit. Cæterum non ab re profecto, neq; intempeſtiue admodum facturum me eſſe arbitror: ſi hoc etiam in loco, quæ idem autor de coronæ nomine dicit, breuiter recenſuero. Scribit enim Apionem gram maticum in ijs quæ de Romana lingua edidit cōmen/tarijs, ſcriptum reliquiſſe στέφανον, quam nos coronam dicimus, ab antiquioribus Græciæ populis χορωνὸν uo citatā fuiſſe: ex eo ſcilicet quod hiſtriones ſaltatoresq; in theatris quos illi χορδῦτὰς appellabant: & ijs redimiti ſaltarent: & illarum adipiſcendarum gratia omnia face rent: cuius etiam uerbi Simonidem in epigrāmatibus meminiſſe dicit. Ex quibus corona non latinū, ſed græ/cum uideri poteſt uocabulū, licet à nobis iam pridem receptum, & craſſa in tenuem commutata litera Latio ſit donatum.

Epithimiades pectorum corollæ

Apion grammaticus

Coronarum nominis origo

Quod coronarum inuentor fuit Ianus & nauigiorū, deq; Camiſa Iani ſorore. Cap. LXXI

IAnum apud Romanos celebrem deum, quem pa/trem appellabant, & cui ſemper uoluentis anni pecu liariter aſſignabant initia, primum coronarum inuen/torem fuiſſe Athenæus refert. Hocq; ſe apud Draco/

nem

nem Corcyreum probatum sanè autorem in suis de lapidum generibus commentarijs scriptum legisse affirmat. Cuius etiam ad uerbum dicta exprimit, quæ sunt huiusmodi, Ianum fama est bicipitem fuisse: ut & illa quæ ante, & quæ post se essent, facile cernere posset. Ab hoc ipso & Ianus fluuius, & mons in quo degere solitus fuerat, Ianus etiam est appellatus. Primus autem omnium coronã inuenisse dicitur: ratesq; etiam & nauigia: nummumq; æneum primus excudisse & charakteribus signasse perhibetur. Quamobrem apud nonnullos Græciæ populos: & in plerisq; etiã Italiæ & Siciliæ ciuitatibus nummus excudi consueuit: cuius ex altera quidem parte biceps uisebatur facies: ex altera uero non eodem semper modo, sed nauigium sæpe, aliàs rates, interdum etiam corona fuerat insculpta. Nos autem cum corona aut rate nummũ adhuc non uidimus. Verum antiquissimi operis nũmisma cum nauigio & bicipiti Iano iam euanescẽtibus habemus. Huic autem sororem Camisam nupsisse ferunt: ex qua filiam (ut aiunt) Olisthenam nomine suscepit. Postea maiora clariora q; animo uoluens Ianus in Italiam nauigasse dicitur: montemq; Romæ propinquũ habitasse: qui ab illo Ianiculus celebri nomine est appellatus.

Coronarum inuentor Ianus

Camisa Iani soror, ex qua Olisthenam habuit filiam

Ianiculus

De boni dæmonis poculo in primo & extremo conuiuio appellato, & quod post ultimã boni dæmonis potionem mensæ auferri sunt solitæ. Cap. LXXII

FVerat antiquus cõuiuarum mos, positis mensis in prima statim potatione, quam boni dæmonis uocabãt, uini quidem parum uerum id meracius semper degustare, ueluti seipsos, ut inqt Theophrastus & Philochorus, opportune admonentes, qualis & quãta dei ipsius uis, & erga humanũ genus benignitas existeret. Hoc idem extremo etiam in conuiuio antequàm surgerent, asportarentú rue mensæ facere non immerito solebant, extremamq; hanc potionẽ, ut priorem illam, boni etiam dæmonis appellabant: ut cum grata uiriũ benignitatisq; liberi patris recordatione hilare id claderetur conuiuium. Inter hanc autem & priorem illam, in toto ferè symposio dilutius bibere consueuerunt, quoniam ipsas etiam nymphas Bacchum puerum educasse constans erat fama. Quod autem omnes in cõuiuijs mensæ post ultimam dæmonis potionem remoueri asportariq; solitæ fuerint, uel impium Dionysij tyranni facinus testimonio esse potest. Is enim cum Syracusijs in Esculapij phano aurea ante simulachrum mensa reposita esset, patera mero repleta propino tibi, inquit, Esculapi boni dæmonis calicem, & cum dicto auream statim mensam auferri iussit.

Boni dæmonis poculum

Dionysius tyrannus

Vbi & quomodo Silphij primum apparuit herba. Cap. LXXIII

CYrenaicus ager circa Hammonis delubrum quindecim millia passuum latitudine à litore, arboribus

bus consitus,& uariarũ stirpium fertilis fuerat,cum reli qua undiq; omnis regio uacuis passim harenis squalle ret. Illas autem arbores cum antea eo loci non fuissent subito enatas Theophrastus scribit, Piceo quodam & crasso circa ea loca è nubibus deuoluto imbre:qua etiã tempestate Silphij herbam simili de causa imbri enatam,primo ex terra pullulasse ferunt. *Silphij herba*

De Euboicis æris metallis, & de Curetibus,& unde Chalcis ciuitas denominata. Cap. LXXIIII

IN Eubœa insula æris & ferri metalla quondam celebrata extitisse,Euboënsesq; optimos fuisse ferrarios fabros,testis est Callimachus uates illo carmine,

Euboica accepit cælati pondera ferri.

Fuisse autem cõstat illa iuxta Ædepsum oppidum,ubi etiam aquæ calidæ admodum salutares & opiferæ scaturiebant:quas Herculis balneas appellabãt. Epaphroditus autem (ut apud Stephanum legitur)æs illa in insula primũ à Curetibus fuisse inuẽtum,scribit,qui cum Ioue illuc accedẽtes,æriscq; usum ab illo edocti,ferri fabricã exercuisse,& æneos primi thoraces, cæteraq; reliqui corporis ex ære munimenta sibi construxisse dicuntur:à qua postea (ut fama est) discedentes, eius insulæ templiq; Iunonis:quod ibi percelebre fuerat, custodes ex suis quosdã reliquisse dicuntur, à quibus Chalcis ciuitas ædificata, nomen sanè ab æris usu, quod Græci χαλκὸν uocant,accepisse uerisimiliter perhibetur. *Herculis balneæ.* *Epaphroditus.* *Curetes* *Chalcis ciuitas*

De Cor/

De Corsica insula, & de syluestri in illa à Romanis reperta materia ex Theophrasto. Cap. LXXV

DE Corsica insula, quam Cyrnum Græci uocant, hæc in suis de stirpium historia commẽtarijs memorat Theophrastus. Romanos aliquando quinq; & uiginti nauium classe: ut urbem eo loci conderent, colonosq; ut moris ijs fuerat, eò deducerent, ad illam delatos fuisse. Cæterum insulam illam arboribus adeo densam: & syluestri obsitam materia reperisse: ut portus quosdam subintrare uolentes: & arborum hincinde annatarum densitate prohibiti: difractis etiam plerisq; ramorum occursu nauium suarum uelis & antennis: infecta re ocyus discederent: insulam illam ueluti agrestem & horridam, ferisq; magis quàm hominibus habilem iure & merito aspernati. Verum nonnullos ad terrã nihilominus ex nauticis descendisse idẽ autor refert. Qui ex paruo quodam propinqui litoris spatio tantum lignorum cæcidisse, & tam proceras omnis generis arbores in mare demoliti fuisse dicuntur: ut inde maximam quandam ratem, quæ uel una quinquagenis sufficeret uelis: nullo negocio celerrime conficerent. Cæterum hanc quidẽ in reditu uentis fluctibusq; dissectam interijsse fama est, illi uero reliquis nauibus incolumes domum peruenisse feruntur.

Theophrastus

De Circæo iuxta Italiam insula, & de Myrto coronaria iuxta Elpenoris tumulum. Cap. LXXVI

Circæum

CIrcæum iuxta Italiam haud procul à continenti, Insulam aliquãdo fuisse octuaginta stadiorũ ambitu Theophrastus memoriæ prodidit, Circes quondam percelebre domicilium à qua huiusmodi deduxerit nomen. Cæterum annis uoluentibus, fluminũ quorundam è regione illius in mare exeuntium opera, continenti applicitum: & Italiæ portionem effectum fuisse dicit. Est autem eminenti quodam situ eleuatior locus: & syluestri undiq; materia densus & obsitus, qui cum omnimoda stirpium producat genera: tum præcipue myrtos quàm plurimas ad iustarum magnitudinẽ arborum excrescentes enutrit. Verum paruus: ut inquit, in illo uisitur locus, quẽ incolæ Elpenoris esse tumulum perhibent: Qui supini hominis mensuram haudquaquam excedere uidetur. Hic ex uniuerso regionis illius tractu sola myrto illa: quę coronaria appellat̃, eo quod parua sit, & ad coronamẽta solum expetatur, conuestitus est totus, cum ea in insula nusquam alibi talis enascatur myrtus, sed arborosa illa & magna per omnes passim angulos fertilius pullulet. Hoc autem ad Elpenoris defuncti honorem effectũ esse loci illius accolas constanter credidisse, idem autor scribit.

Myrtus arborosæ

Elpenoris tumulus

Myrtus coronaria

De oleastro Megarico, & de oraculo Megarensibus dato. Cap. LXXVI

DE oleastro Megaris foro in medio enata illius urbis fatali excidio, quæ antiqua Megarensium reli-

m gione

gione per multa secula diligenter fuerat custodita, hæc memoriæ prodita sunt. Cum Megarenses aliquando bello arctius oppressi essent, & de sua patriæq; salute iam desperare uiderentur, deum hac super re urbis primoribus consulere placuit. Oraculum igitur ijs est datum, tunc capi Megaras diruiq; oportere, cum oleaster fori medio cõsita arma peperisset: quam rem illi haudquaquam coniectari ualentes, & oraculi illius impossibili (ut existimabant) euentu, æternam patriæ suæ securitatem præmonstratam esse rati, bona cum spe egregiam bello nauantes operam, superiores tandem euaserunt. Cæterum accidit postea, ut longo æuo arescente & emortua iam oleastro illam Megarenses succiderent, eiusq; stipitem scinderent: ex quo ocreæ (ut aiunt) subito & æneus thorax cum galea, quæ in illo eousq; occulta conclusa q; ceu quodam uentre resederant foro medio humi profusa sunt. Fuerant autem arma (ut aiunt) illa ex antiquo prælio quod aduersus Athenienses decertauerant, manubiæ & spolia arbori illi trophei in modum imposita, quæ longis postmodum annorum seculis corticibus obducta & undiq; obsepta latitauerant. Nec multo post oraculi secutam esse fidem perhibent. Si quidem Demetrius Antiochi filius Megaras ui cepit, & diruit.

Oraculum Megarẽsium

De arboribus laniferis in Arabico sinu, & de miris quibusdam arborum naturis. Cap. LXXVIII.

Tylos

TYlos in Arabico ſinu inſula eſt, quæ æſtu marino tota ferè perfunditur: in hac & alia multa ſtirpiū uiſuntur genera (Denſa enim eſt & ſyluis obſita) ſed inter præcipua arbores in ea laniferæ naſci quædā perhibentur, harum autem folia ni minora eſſent, uitium poterant uideri: fructum uero nullum ex ſeſe eæ producere dicuntur arbores, ſed pillulas quaſdā uerni mali magnitudinem non excedentes: eæ autem immaturæ quidem adhuc occluſæ permanent: maturitate uero ipſa ruptæ & fatiſcētes lanarum præbent uillos ex quibus ueſtes precioſo conficere linteo ſolent. Hoc idem & apud Indos, & in Arabia ipſa fieri ſolere Theophraſtus ſcribit. Eſſe præterea in eadem ait inſula, alias etiam arbores florem albæ uiolæ ſimilem producentes: uerum odoris ſuauitate & elegantia uiolas longe ſuperantem. Aliam quinetiam arborem ibi naſci ſcribit, cuius flos, ceu roſa, multifolius exiſtit: hic per noctē concludi occultariq; dicitur: exoriente uero ſole aperiri: in ipſo autem diei medio expandi penitus extendiq; perhibetur. Sed uergente rurſum ad ueſperam die, manifeſto cōtrahi uidetur, & quo plus adueſperaſcit, eo magis & magis occludi: ita ut mediis ferè noctibus arctiſſime concluſum uiſatur, quo tempore illum dormire loci illius accolæ dicunt.

Arbores laniferæ

Theophraſtus

De platano Cypria & quercu Sybaritica, quarum folia decidua non erant. Cap. LXXIX.

Platanus foliis nunquam deciduis

PLatanum foliis nunquam deciduis in Creta insula iuxta Gortynum fuisse refert Theophrastus: mirum dictu cum & eidem arborum generi mature semper decidant folia: & aliæ insuper eo loci uisantur complures platani folia suo tempore amittentes. Huius autem rei causam loci illius accolas ad Iouem referre solitos scribit: quoniam ea sub arbore cum Europa concubuisse dicatur. Cæterum de altera etiam huiusce naturæ platano in Cypro insula enata memoriæ proditum est. Nam de Sybaritica quercu non adeo mira res esse uidetur, quæ iuxta ciuitatis muros enata, neq; folia unquam amisisse, neq; ante canis exortum germinasse dicitur: cum cæteræ eius generis uere nouo statim germina emittere soleant, si quidem tenaciori succo: angustioribusq; foliis quàm platani, quercus esse animaduertuntur. Quæ res ad retinenda diutius folia uel plurimũ ualere dicuntur.

Platanus Cypria.

Quercus Sybaritica

De cinamomo & casia ex Theophrasto. Cap. LXXX.

DE cinamomo & casia isthæc se audiuisse Theophrastus memoriæ prodidit: humiles ambas esse arbusculas, uitice quam Græci ἄγνον uocant, haudquaquam maiores, uerum ramosas admodum & surculosas. Has quando cinamomum demetunt totas penitus prosternere: & quinq; postea in partes secare solent. Prima illarum portio circa arbores extrema germina dodrantali uel paulò amplius, longitudine cædi-

Quinq; cinamomi portiones

tur,

rtur,quam esse optimam dicunt,secunda ab hac proxi/ma amplitudine secatur minori,post quam tertia/post illam quarta,quæ uero radici proxima restat omnium pessima esse perhibet, minimos enim habet cortices: qui soli uel præcipue expetũtur:cum lignum ipsum penitus sit inutile.Quamobrem extrema(ut diximus) arboris qua parte germinat,cũ plus corticis & minus habeant ligni/preciosiora esse feruntur.Duo autẽ illarum dicunt esse genera candidũ & nigrum. Et hæc quidem plericq; de cinamomo prodidere. Alĩ autẽ hanc ipsam rem fabulosius etiam narrare cõsueuerunt.Nasci enim cinamomum in montium inuijs confragosisq; conuallibus dicunt:in quibus letales morsu uenenato angues commorari addũt. Quamobrem manibus & pedibus cõmunitis,illuc descẽdere homines: & sic cinamomum colligere solere.Quod posteaquàm asportauerint,trifariam illud diuidere dicunt, unicamq; ex illis partẽ sorte educta, Soli offerre, ibiq; derelinquere: quam postea subitis conflagrantem ignibus quicunq; id muneris habent semper se uidisse constantissime affirmant: reliquas uero duas portiones in nasses coniectas secum asportant.Et hæc fabulosius de cinamomo ferũtur.Cæterum casiam crassiore ferunt sarmento esse, & firmiore uillorum serie,quamobrem haud facile excorticari solere.Huius quinetiã/ũt cinamomi corticem utilem esse perhibẽt,nam lignum nullo esse in usu dicunt.Eam ob *Casia*

rem ſurculos primum palmi longitudine deſectos con terunt, mox recentibus illos quadrupedum coriis inie ctos conſuunt: ut iis putreſcentibus: inde naſcentes uer miculi lignum quidem erodant & excauent, Corticem uero qui expetitur, amaritudine ſua tutum, permittant illæſum.

De Laidis meretricis patria monumentiq; etiam illius ti tulo & epigrammate. Cap. LXXXI

LAidis meretricis patriam Iccara Siciliæ urbem fu iſſe memoriæ proditum eſt. Hæc patria ab Athe nienſibus Nicia duce ui capta puella admodum inde abacta fuiſſe, & Corinthi cum reliquis uendita manci piis dicitur, quæ in tantam poſtea famæ excellentiam proceſſiſſe perhibetur: ut uniuerſas Corinthias mere trices, quæ tempeſtate illa per omnem Græciam fuere percelebres, facile ſuperaret. Quamobrem Corinthij (ut aiunt) hoc ad urbis ſuæ gloriam nonnihil pertinere rati, Laidis ſibi uendicare natales impẽſius conati ſunt. Et apud pleroſq; etiam ueteris memoriæ autores, Lais adhuc pro Corinthia memoratur. Huius monumen tum, Pauſania teſte, extra Corinthi urbem, in qua æta tem exegerat Lais, celebre uiſebatur, ſecũdum Belloro phontis ſeptum iuxta Veneris cognomine Melenidis ſacellum: cui pro inſigni titulo Leena anterioribus arie tem complexa pedibus, impoſita fuiſſe perhibetur. Cæ terum in Theſſalia etiam Laidis oſtendebatur tumu lus.

Laidis mo numentum.

Septum Bel lorophontis

lus. Accessisse etenim aliquando illam in Thessaliã ob amatoris cuiusdam Hippostrati nomine uehemẽs desiderium ferunt: cuius in fronte huiusmodi insculptum fuisse dicitur Epigramma, *Hippostratus*

Inuictos potuit forma quæ uincere Achiuos
Eximiæ isthic Laidos est tumulus.
Cui patria est Ephyre: genitor fuit ipse Cupido:
Thessaliæ in campis nunc tamen illa iacet. *Laidis epitaphium*

De Sacro apud Thessalos appellato serpẽte, & quomodo à saga aliquando fuerit interemptus. Cap. LXXXII.

IN Thessalia serpentem quendam cognomine Sacrum: quodcunq; animalium genus uel solo contactu facile perimentẽ aliquando reperiri ferunt. Quamobrem siquando apparuerit (raro autem admodũ hoc euenire solet malum) sibilo eius audito: & serpẽtes reliqui & uiperæ, necnon aliæ omnes perterritæ ocyus aufugere dicuntur feræ: cum alioquin corporis magnitudine sit mediocri, & uiribus cum earum pleriſq;, haudquaquam comparãdus. Cæterum in Teno Thessaliæ oppido, hunc ipsum à muliere quadã aliquando fuisse interemptum, hoc maxime dicunt modo. Orbem humi baculo sagam descripsisse mulierem dicunt: & in illum puberem secum agentem natum cum medicaminibus quibusdam fuisse ingressam. Contractis deinde labijs, sibilum quendam feræ illius sono quàm simillimum emisisse, quo percepto, feram illam contra statim

resibi-

resibilasse: & eo loci unde sonus uenerat ocyus ire per/ rexisse. Accedente autem propius fera: tam ualido mu lierem illam somno labefactari cœpisse ferunt: ut uesti gijs in ipsis uix stare posset, paulũq; abfuerit quin hu/ mi deuoluta arctius obdormisceret. Nã puer (ut aiunt) iam altũ stertebat. sese igitur illam uegeto excitasse mo tu, dormientemq; insuper natum baculo quem manu gestabat suscitasse dicunt, uerbis quinetiam se & filium magna uoce increpitasse: addidisseq; se si dormire per/ rexissent facile interituros. Si uero somnum euicissent, accedẽtemq; feram peruigiles expectassent, nihil inde mali passuros, illam uero statim perituram. Vixq; hoc etiam modo effecisse, ut insomnes illam maxima cum difficultate morarẽtur. Sub hæc festinum accurrisse ser pentem: & descriptũ ingressum orbem è uestigio mor/ tuum esse & illico etiam contabuisse dicunt.

De electro apud Eridanum fluuium reperto, & Dædali fu ga ad Electriadas insulas. Cap. LXXXIII

IVxta Eridanum Italiæ fluuium, qui in Adriaticum labitur pelagus/ paludem quãdam fuisse scribit Ari/ stoteles, quæ calidas & dirũ exhalantes odorem, aquas haberet, adeo ut nullũ eas attingeret animal, quinimo aues etiam ipsæ superuolantes tetro illarum halitu de/ cidere sæpius & interire dicebantur: Illius autem latitu dinem denũm stadiorum, ambitum uero ducentorum fuisse scribit idem autor. Loci autẽ illius accolas Phaẽ/ tontem

Aristoteles

tontem fulmine ictum in illã decidiſſe fabuloſius nar/
rare ſolitos dicit. Cæterum circa illam crebras & altas *Electrum*
fuiſſe populos, à quibus gummi ſpecie electrũ in aquis
defluens lapidis in morem dureſceret, quod colligi ſit
ſolitum, & à loci illius incolis in Græciam comportari.
Illius è regione inſulas etiam olim fuiſſe Electridas ap *Electrides in/ſulæ*
pellatas, conſtans eſt fama: quas poſtea Eridani flumi
nis cœnoſa colluuie longis annorum ſeculis continenti
applicitas ueſtigia cum nomine pariter amiſiſſe ferũt.
In has Dædalum Minoëm fugientem quondam per *Dædalus*
ueniſſe perhibent: & in illarum etiam una æneam ſibi
ſtatuam, alteramq; item ſub Icari imagine ſtanneã col
locauiſſe dicunt. Sed hic poſtea à Pelaſgis ex Argo de
pulſis: & ad illa peruenientibus loca, inde deturbatus
errans & uagus ad Icarũ tandẽ inſulã applicuiſſe fer-
t.

De Diomedis auibus & quænam illarum fuerit figura & habitus. Cap. LXXXIIII

IN Diomedea Adriatici maris inſula: celebre quod/
dã & uicinis antiqua religione populis ſanctũ Dio/
medis fuiſſe templum ferunt, iuxta quod inuſitata ſpe
cie quaſdã ſemper degere ſolitas dicunt aues, quæ tan/ *Aues Diome/dea*
quam id ſolummodo operis habuiſſent, illud diligẽter
cuſtodiſſe: & nuſquam inde euolaſſe perhibentur. con/
ſtans autem fama fuerat: ſi qui ad ea loca græci gene/
ris peruenirent homines, innocuas omnino illas, ijſq;
ſolis hoſpitibus minime moleſtas fuiſſe: Quod ſi forte

barbarus illuc acceſſiſſet quiſpiã, ocyus aduolantes unguibusq; & roſtro oculos & caput petentes, cõſauciaſſe illũ & fœde laceraſſe dicũtur, neq; prius deſtitiſſe q; ibi illũ crudeliter interemiſſent. Fuiſſe enim illas ingenti corporũ mole enormes uncoq; & ualido roſtro, & incuruis præterea armatas unguibus, ferunt. Sed nec dubitant ſuper ijs accolę quędã etiã licenter fabulari. Diomedis enim ſocios ferunt naufragio ad eam inſulam quondam delatos, ducis amiſſi deſiderio, qui ab Ænea regionis illius Tyrãno dolo interfectus fuerat, in aues illas transfiguratos fuiſſe.

De foſſili apud Apolloniatas bitumine & Nympheo appellato loco ubi dabantur oracula, illius q; uaticinij modus. Cap. LXXXV

APud Apolloniatas, qui ſecũdũ Ioniũ pelagus uicinam Taulantijs regionẽ incoluiſſe ferunt: foſſile bitumen enaſci ſolitum: & aquarũ more ſcaturientiũ de terra picem emanaſſe: nihilo à Macedonica differẽtem ni craſſior nigriorq; extitiſſet, autor eſt Ariſtoteles. In eo præterea regionis tractu locũ fuiſſe paruũ: qui cõtinuis arderet ignibus: & halitũ ſulphur & alumen olentẽ ex ſeſe emitteret ſcribit. Cæterũ neq; exuſtam ibi tellurem fuiſſe: neq; cineribus ſqualẽtes glebas, ſed læta ubiq; pullulaſſe gramina: arboresq; etiam iuxta ipſũ maximas pulcherrimasq; enatas affirmat. Ignes quinetiã illos imbribus augeri: & in maius excreſcere conſue-

Ariſtoteles

cõsueuisse, Dion in Romana historia hac de re uerba faciens memoriæ prodidit: locũq; illũ Nymphæũ appellatũ fuisse dicit: apud quem oraculũ etiã fuisse quod hoc præcipue daretur modo. Aliqua de re consulturus thus secũ afferens ad locũ illũ accedebat: ibiq; tacitus quæ sibi euenire uellet precabat: dein thus in flãmas cõijciebat, quod si quidẽ euentura erat quã expetebat res: exitũq; reperturæ essent preces: ignis propere thus accendisse illud: quin & prolapsum forte longius ad illud etiã auide accessisse dicit: sin secus ac precatus quisquã fuisset euenturũ foret, flãmas ocyus effugisse: iectũq; thus cõtumaciter à se propulsasse dicũt. Licuisse aũt omni prorsus de re oraculũ illud cõsulere dicit, duobus duntaxat exceptis. De morte enim & de ijs quæ ad nuptias pertinerent: haudquaquam omnino cuiq; respondisse scribit.

Dion
Nymphæus locus

Vaticinij modus

De Podalirij post euersam Troiam reditu, & de ijs quæ apud Caras gessit. Cap. LXXXVI

POst euersam Troiam Podalirium ferunt Machaonis fratrem domum redeuntem aduersis impulsum tempestatibus in Cariam deuenisse: & apud pastorem quendam forte fortuna eo loci ubi applicuerat capellas pascentem diuertisse, à quo benigne & hospitaliter exceptus: & ad Damæthum regionis illius tyrannum postea deductus, aliquo in numero habitus fuisse dicitur. Accidit autem ut paulo post Syrna

Damæthi filia/puella adhuc/ab excelso quodam tecti decidens fastigio,concusso corpore periculose se habe/ret,quam Podalirius cum alijs quibusdam medicami/nibus:tum incisa ex utroq; (ut aiunt)brachio uena,san/guine inde emisso mirifice sanasse dicitur. Quãobrem admiratum Damæthum puellã illi in matrimoniũ de disse,dotisq; nomine regionis eius Cheronesum tradi disse ferunt: in qua postea duas ciuitates cũ ædificasset Podalirius:unã de pastoris à quo susceptus fuerat,alte ram de uxoris nomine Syrnam appellasse perhibetur

Syrna Cariæ ciuitas

De saltationis armatæ genere Pyrrhiche appellato, & unde nomen inuenit,& quo fiebat modo. Cap. LXXXVII

Pyrrhiche.

SAltationis armatæ genus id quod pleriq; Pyrrhi/chen uocant:primos docuisse Curetas quidam uo/luerunt:Epicharmus uero Castores illam reperisse pri mos/Pyrrhichenq; illis Palladem ipsam obliqua ceci/nisse tibia scribit,quamobrem armatæ saltationis har/moniam adhuc castoreos appellari modos/ & Lacedæ monios ideo bellorum discrimina obeuntes,sub tibia/rum concentu in hostem ferri & depugnare affirmat. Cæterum sunt etiam qui armatã saltationem ad Pyr/rhum Achillis filiũ inuentorem primũ referant,qui Eu ripylo Telephi filio profligato/uictoria illa lætus & ge stiens:ut erat armatus illam primus saltasse feratur.So sibius autem Plutarcho teste, qui omnes saltationum modos

Epicharmus

Lacedæmonij sub tibiarũ cõcentu prælia ineunt

modos Cretenſiũ aſcribit inuentis, Pyrrhichen à Pyrrho quodam Cretenſe cognominatam perhibet. Ariſtoteles uero, ut idẽ autor eſt Plutarchus, primũ Achillem in Patrocli ſcribit funere circa illius ardẽtem rogũ, quem Græci πυρὰν uocant, Pyrrhichen ſaltauiſſe, indeq; ſaltationis genus illud nomen reperiſſe affirmat. Quinetiam addit hanc ipſam ſaltationem apud Cyprios Prycham & nõ Pyrrhichen appellari cõſueuiſſe. Cuiuſmodi aũt Pyrrhiche fuiſſe dicat, clare & ſignanter in ſeptimo de legibus libro nos docuit Plato. Ait enim ſaltationis eſſe genus quoddã: quod corporũ flexus quibus tela plagæq; uitari poſſint faciliter imitet: tum declinando: tum cedendo, ſaltuq; ſe interdum in altũ eleuando: aut humi nõnunquã prone cõſidendo, quæ præterea cõtrarios aliquãdo efficit geſtus cũ quippiam aduerſus alios, ſiue ſagittando, ſeu iaculando, feriendoq; ſiue punctim, ſeu cęſim, geſticuloſe molimur.

Qui Pyrrhiches modus Plato

De Alciſthenis Sybaritæ celebratiſſima clamyde. Cap. LXXXVIII

DE Alciſthenis Sybaritæ celebratiſſima clamide: mira ſunt quæ ab antiquis memoriæ traduntur: hanc uel ſolam fuiſſe quæ in Iunonis lacinię percelebri die, qui totius Italiæ frequentiſſimo celebrabatur conuentu: ſumptu ipſo & magnificentia: artis quinetiã mirę excellentia: uniuerſã eo loci precioſioris gazæ aduecta opera facile ſuperauerit, omniũq; oculos in ſui admira-

Clamis Alcisthenis Aristoteles

mirationem non sine stupore conuerterit. Fuisse autē illam colore quidem purpureo: magnitudine uero quæ quindecim æquaret ulnas, autor est Aristoteles. Cæterum utraq; ex parte animalium uariorum spirantibus formis acu pictis mire distincta fuerat: paulū uero supra Susæ uisebat' ciuitas, infra autē Persarum populus discurrere uidebatur. In medio uero illius deorū erant effigies mira arte cōtextæ: Iupiter enim astabat cū Iunone & Themide: iuxtaq; illos Pallas Apollo & Venus cernebātur. Vtrinq; autē extrema lymborū in parte: hinc Sybaris effigiata uisebat' ciuitas. Inde Alcisthenis ipsius pene spirans dignoscebatur imago. Hanc autem clamidem cū sibi postea uendicasset superior Dionysius Siciliæ tyrannus: Carthaginensibus illam centum & uiginti talentis uendidisse perhibetur.

Dionysius tyrannus

De admirādo in Lipara insula tumulo, & de ijs quæ ibi audiebantur ex Aristotele. Cap. LXXXIX

INter Æolias iuxta Italiam insulas, cū alijs pleriscq; tum crebris flammarum incendijs percelebris est Lipara: In hac tumulum quendam fuisse, ad quem noctibus accolarum relatu non tuto accederetur, Aristoteles scribit. Cymbala enim cum crotalorū boatu ibi exaudiri. Tumultus quinetiā & immanes percipi sonos cū inconditis quibusdam cachinnis constanter asseuerabant. Cæterum mirum etiam quiddam istiusmodi addere solebant. Eo loci aliquando ebriū iuuenem uespe-

Aristoteles

ri ac-

ri accessisse: & iuxta tumuli illius specum (ut erat) secure obdormiuisse tam arcto: ut aiebant, somno: ut cū post tertiam ab illa diem à quæritantibus illum domesticis: & omnia tractus illius loca anxie perscrutantibus: uix tandem pro speluncæ foribus membris omnibus resolutis iacens inuentus fuisset, pro mortuo fuerit ablatus. Hunc postea cum iusta illi de more soluissent omnia: & conclamatum iam esset, præparatisq; exequijs educeretur funus, experrectum subito, magna cū omnium admiratione, & quæ uidisset antea, & quæ postea perpessus fuisset, seriatim narrasse ferunt.

De septem Amphictyonum ciuitatibus & qui Pylagoræ apud illos uocabantur. Cap. xc

AMphictyonas qui apud Græcos Apollinis Delphici templum, resq; illius sacras curare soliti fuerant, ex septem constitutos fuisse ciuitatibus memoriæ proditum est: fuere autem, ut perhibent, eæ: Hermione: Epidaurus: Ægina: Athenæ: Prasium: Nauplia: Orchomenus Minyus. Cæterū Nauplijs Prasijsq; annis uoluentibus publica calamitate afflictis, tenuiterq; ad modum & male se habētibus: alij eorū uicem subiere: nam pro Nauplijs Argiui, Lacedęmonij uero pro Prasijs cōferre cœperūt. Singulæ uero harū quę dictę sunt ciuitatū ad Amphictyonicū cōciliū bis in anno, ueris scilicet & autūni initio, legatos suos mittebāt, quos Pylagoras appellare cōsueuerant: cōuentum autem illum

Septem Amphictyonū ciuitates

Pylagoræ

Pyleam

Pyleam nominarunt. Quoniam ad Pylas: quas etiam
Thermopylæ Thermopylas ob calidarum fontes aquarum uocant:
illos cõuenire fuerat in more positum, quo etiam in lo/
co Cereri cognomento Pylagoræ rem diuinam facere
religiose solebant.

De Palladis cognomine Acheæ apud Daunios tem
plo & de canibus qui Græcis tractabiles erant, cæte
ris uero agrestes & feri & Diomedis insolens histo/
ria. Cap. XCI

Aristoteles APud Daunios Apuliæ populos uetustissimum
fuisse Palladis cognomine Acheæ templum Ari
stoteles scribit: in quo cum alia pleraq; tum secures &
gladij, cæteraq; Diomedis & sociorum illius uisebant̃
arma. Eo præterea in loco accolas fuisse dicit canes, qui
cum alioquin agrestes essent & feri: Græcis tamen ho/
minibus illuc delatis tractabiles erant & commodi, de
missisq; auribus: & crebro caudarũ motu blandientiũ
specie ad illos ueluti ad domesticos molliter accedere
solebant. Totius autẽ agri illius tractus: quinetiã regio
nis cõterminæ, uiros & mulieres, longis pullisq; uti ue/
stibus cõsueuisse, hãc maxime ob causam refert. Cum
Diomedis historia eñ Troia euersa Diomedes cũ suorũ manu uentis de/
latus ad illa forte applicuisset loca: & relictis in statio/
ne nauibus ad perscrutãdũ regionis illius situ cũ suis lõ
gius euagasset, Troianæ mulieres q̃ ex belli Manubijs
captiuæ nauibus illis uehebant̃, illorũ iam cõsuetudine

pellectæ

pellectæ,& simul ueritæ ne si ad ꝓprias Græci domos secum redirẽssent,ab illorum male haberẽtur uxoribus, præcipiti cõsilio:ut eo loci cum illis post hac necessario degere cogerentur, illatis ignibus naues omnes cõbussisse dicuntur.Ex illarum igitur mœrentiũ habitu,quas Homerus uates ἐλκεσιπέπλους καὶ βαθυκόλπους appellare consueuit,regionis illius accolas longis & pullis uestibus usos fuisse scribit Aristoteles.

De antiquissimo æneo torque apud Peucetios de cerui collo extracto reiꝙ illius historia. Cap. XCII

APud Peucetios Italiæ gentem percelebre Dianæ templum fuisse,autor est Aristoteles,in quo cum alia pleraq; memoria digna,tum æneus præcipue anti qui operis torquis uel longissima uetustate conspicuus uisebatur, in quo exolescentibus penè literis, hoc legebatur inscriptum:Diomedes Dianæ.Ferunt autẽ Diomedem post euersam Troiam ad ea loca delatum, torquem eum in capti collum cerui indidisse,illumq; Dianæ consecrauisse,qui longis postea annorũ seculis, quibus id generis animal ꝓculdubio uiuere dicitur: super data iam pelle,obducto latens corio,ab Agatocle post modum Syracusarum tyrãno: qui forte fortuna feram illam uenando interfecerat:tandem inuẽtus, & Dianæ consecratus fuisse dicitur.

Aristoteles

Aeneus torquis

Agatocles tyrannus

De Indorum Brachmanibus, & de pexili à petris lino, & de lino ex Caristo Euboiæ urbe. Cap. XCIII

BRachmanas Indiæ gentem ſapiẽtiſſimam & philoſophiæ ſtudijs ſemper uacantem ueteres hiſtoriarum ſcriptores prodidere. Peculiarius autẽ Stephano referente, Hierocles in cõmentarijs ſuis quos Philhiſtoras inſcripſit: hæc de illis memoriæ prodidit. Maxima, inquit, admiratione dignum eſt Brachmanũ uidere nationem: hominũ inquam philoſophãtium & dijs immortalibus mirifice gratorum, quos cum omnes impenſius colere: tum ſolem præcipue ipſum & ueritatem uenerari conſueuerunt, cui maxime deuoti & conſecrati etiam eſſe perhibentur: ij ab omni carnium uſu, delicatioribusq; inſuper mẽſarum epulis per omnem ſemper pertinaciter abſtinẽt uitam & ſub diuo aſſidue degunt: Veſtibus autem utuntur lineis omnes, non quidem ex eo quod ſatu è terra naſcit: ſed ex genere quodam lini quod à petrarũ marginibus depectitur: quarum abradentes floccos & carminantes in uellera, ea tenuiſſima poſtmodum deducunt in fila & contexunt lintea, ueſtesq; inde cõficiunt, quæ neq; aqua dilui: neq; igne comburi poſſunt: qui tamẽ maculas illarũ contractasq; ſordes expurgare, & candidas illas reddere perhibetur. Similem etiam uillorum lanuginẽ in Caríſto Euboiæ oppido ex lapide quodã deradi ſolitam memoriæ proditum eſt, ex qua mantilia & mappæ cæteraq; id generis contexebãtur, quæ non aqua abluta, ſed igni, ut aiunt, expurgata maculatũ & ſordium omnes

Brachmanes philoſophi

Linum de petrarum marginibus depexum

Linũ cariſtia

nes amittebant notas.

De Ephesiorum quinq; conuentibus. Cap. XCIIII

QVinq; hominũ conuentus, seu factiones siue collegia id appellare malumus, Ephesi olim fuisse perhibentur: qui per partes accedentes quisq; suas uniuersam tamen rem publicã concorditer gubernabant. Fuere autem ĩj, Ephesij: Bennij: Euonymi: Teij: Carinæi. Appellationum autem harum huiuscemodi fuisse causas memoriæ proditum est. Cum Androclus qui Ephesum condiderat: Prienensibus bello oppressis auxilium ferens, in prælio magna cum suorum manu occubuisset: qui domi relicti fuerant Ephesij: ut ab illius etiam natorum tyrannide liberarentur, ex Teo & Carina ciuitatibus nõnullos ut sibi auxilio essent: proprio rum partem agrorum pollicentes euocauerunt: quibus adiuncti nullo postea negocio Androcli liberos acie superatos urbe uniuersaq; regione expulerunt. accidit autem postmodum quod ex Benna: & ex Euonymo Atticæ regionis locis: coloni etiam Ephesum deducerentur: qui in agrorum pariter sortem, urbisq; illius societatem recepti, factiones nihilominus suas constanter retinuerunt. Ephesij igitur urbis indigetes primi appellati: Teij autem & Carinæi, qui illis aduersus Androcli liberos auxilio fuerunt: uocitati sunt. Postremi uero Bennij & Euonymi, qui postremo accesserant, sunt cognominati.

Quinq; Ephesiorum conuentus.

Androclus

Vnde appellata sit Bœotia, & quibus antiquitus eadem regio appellata sit nominibus. Cap. XCV

BOeotiam regionẽ à Bœotio Itoni filio, qui à Deucalione tertius fuit, uocitatam fuisse nonnulli autumant. Plerique autem inter quos Stephano teste, Nicocrates Bœotius Neptuni filius. crates fuit à Bœotio Neptuni & Ames filio appellatã dicunt: cui id fuerat inditum nomen, eo quod illum in boum stabulis mater peperisset. Alij uero à Cadmi bo Cadmi bos ue: quam ille ea usq; ad loca insecutus est, Bœotiam appellatã arbitrantur. Sunt qui malint eam ideo fuisse uocatã Bœotiam, quia regionis illius tractus: crassiore, ut aiunt, & cõcretiore cœlo, hebetiores ꝓducat homines: & mente neq; agili neq; uegeta pingues & rudes. Multis aũt isthæc regio nominibus, superioribus, ut ferunt, Aonia Mesapia seculis fuit appellata: nã & Aonia est dicta & Mesapia Ogygia & Ogygia: Cadmeam etiam illam Thucydides appel Cadmea lat. Habilis autem & commodus tractus ille omnis ad optimos procreãdos pugiles planè fuisse dicit. Quemadmodum uniuersam Atticæ regionem ad maritimos usus commodissimam præbuisse iuuentutem ferunt. Athenienses Quæ singularis naturæ uis peculiaribus, quibusdã in Thessali locis diffusa esse percipitur: siquidem Thessali equestri Cyrenæi bus semper copijs excellere uisi sunt: Cyrenæi autem agitandorum regẽdorumq; curruum peritia, facile sibi inter omnes primas uendicasse dicuntur.

De Damasco Syriæ urbe, & unde traxit nomen, & de Nicolais appellatis Dactylis. Cap. XCVI

Dama-

DAmaſcus Syriæ ciuitas inſignis,in mediterraneis ſupra Phœnicem iuxta fluentem Bardinem fluuium ſita eſt:Huic autem id nominis alij aliam ob cauſam inditum fuiſſe ferunt.Quidam enim ab Aſco quodam Lycurgi ſocio ſic appellatam dixerunt: hic enim, ut aiunt, cũ eo loci Lycurgo ſocio Dionyſum cepiſſet: manibus illum & pedibus colligatis in uicinũ deieciſſe fluuium dicitur:Verum ſuppetias illi afferente Mercurio:& Dionyſus ſtatim ſolutus, & liberatus fuit, & Aſcus interfectus & corio ſuo exutus. Quamobrẽ ex detractis animalium pellibus poſtmodum cõfecti utres uino ferendo habiles eſſe perhibentur. Nonnulli uero hoc urbi nomẽ inditum à Damaſco Mercurij & Halimedes nymphæ filio autumant: qui ex Arcadia delatus in Syriam,urbem illam condidiſſe fertur. Sunt qui à Damaſco quodam loci illius accola appellatã dicant: qui libero patre regionem illam ſacris uitibus conſerente contraria illi ſentiens enata germina bipenne ſuccidebat:quamobrem ab illo interfectus, & pelle exutus: urbi poſtea æternum dedit nomen. Hoc in loco & alij naſcuntur fructus ſuauitate & gratia:ut apud nullos alios,laudatiſſimi: pruna enim & coctona hinc peruulgato cognomine ſunt celebrata:ſed inter præcipuos ex quodam palmarũ genere naſcuntur fructus: quos Nicolaos dactylos, eo mire oblectatus cibo Auguſtus Cæſar primus cognominaſſe fertur:quoniam à Nico-

Dionyſus Aſcus Lycurgi ſocius

Mercurius

Nicolai Dactyli

lao Damaſceno illi inter paucos cariſſimo: quot annis ſibi inde mitti ſolerent, ſiue ut in ſympoſiacis quæſtionibus refert Plutarchus: quoniã ea ſimilitudinis forma is erat philoſophus: Suauibus enim fuit moribus, corporisq; proceritate conſpicuus, facie ſubrotunda & pleniore, quæ puniceo quodã rubore fulgebat. Fuit autem hic Nicolaus ex Peripateticorum ſecta non ignobilis philoſophus: qui cum alia pleraq; Ariſtotelico conſcripſit more: tum omnimodæ hiſtoriæ cõmentarios non uulgares reliquit.

Nicolaus Damaſcenus peripateticus

De quatuor celebribus ferri temperaturis, & de Norica præterea & Corinthia quæ iuniores fuerunt. Cap. XCIII

Quatuor ferri tẽperaturæ Calybea Sinopica Laconica Lydia

QVatuor percelebres ferri temperaturas apud antiquos fuiſſe: quæ à locis in quibus factitari ſolitæ ſint nomina inuenerunt, memoriæ proditum eſt. Calybeam uidelicet: Sinopicam: Lydiam: & Laconicam. Cæterũ Calybea quidem, & Sinopica: ad fabrilia quæq; ferramenta, cæteraq; id generis inſtrumenta omnia: utiles commodæq; fuiſſe perhibentur. Laconicam uero ad ſerras & terebras, marmorariosq; ſcalpros: & cælorum genus omne peculiariter feciſſe, Daimachus in iis, quæ de urbium expugnationibus ſcripſit commentariis, Stephano teſte, refert. Lydia uero temperatura & ipſa ad ſerras etiam & limarum fabricam ualuiſſe dicitur: uerum præcipue ad enſes, gladi-

Daimachus

os,

os,ascias,nouaculas,commodissima fuit. Nec me prætterit alias etiam pleraſq; ferri fuisse temperaturas:nam Noricam & Corinthiã etiam apud ueteres legimus: sed eæ ut ætate posteriores, ita fama nõ adeo celebres & peruulgatæ fuere. *Norica. Corinthia.*

De Mercurio Acacesio,& Libero patre Masari appellato, & de Cybele Ma apud Lydos uocitata. Cap. XCVIII

DE Acacesio & Masari Mercurij & Bacchi cognominibus: deq; illorum origine & causis plerique ueterum grammaticorum dubitauere: & nunc etiam nostrates homines ambigere nõ cessant: quamobrem quæ de ijs antiqui & ijdem approbati rerum scriptores tradidere, si in medium breuiter adduxero non ab re(ut arbitror)me facturum existimabo. Acacesius igitur cognomento Mercurius est appellatus:non ut pleriq; falso arbitrantur: quia mala & aduersa propulset & arceat:sed ab Arcadiæ,ut ait Pausanias,oppido:qd' Acacesium uocitatũ est: in quo altus educatusq; à Lycaonis filio Acaco quondam hic deus fuisse perhibetur:cui etiam sententiæ Arcades ipsos attestatos fuisse scribit. Masaris autem Liber pater est appellatus, à Masa quadam Rheæ ministra,cui Iuppiter Bacchum à Semeles incendijs raptum furtim alẽdum tradidisse dicitur: quæ cum aliquãdo à Iunone cuius esset infans ille interrogata fuisset: concepto respondens mendacio: *Mercurius Acacesius* *Liber pater Masaris*

cio: Mattis esse filium asseuerauit. Quamobrem apud Caras nõ alio quàm Masaridis nomine Dionysus appellari consueuit. Ciuitas quinetiã Lydiæ celebris hanc ob causam Mastaura nuncupata est: quã mediã Chrysaoras nomine secare dicitur fluuius. Nonnulli autem, ut inquit Stephanus: quia deũm mater Cybele apud Lydios Ma uocitetur: eiq; more patrio taurus immolari soleat: ideo urbem illam Mastauram appellatam fuisse dicunt.

Mastaura Lydiæ ciuitas.

Cybele apud Lydos Ma appellata

De Naxijs fœminis quæ octauo mense sine periculo pariunt, & cur id faciant. Cap. XCIX

MEmoriæ proditũ à pleriscq; est, quod etiam Asclepiades medicus refert: solas Naxias mulieres octauo à conceptu mense salutariter parere solitas: fœtusq; illos uitales esse, cum ubiq; ferè gentium omnes sic geniti interire: & matres etiam manifesto esse in periculo dicantur. Quid autem subsit causæ sanè in ambiguo est. Quidam Iunonis hoc ascribunt muneri, quam puerperis nascentibusq; præesse uniuersa uoluit antiquitas: porrò hæc ut ex Iouis liberis Herculẽ odio semper est prosecuta, ita Dionysum unice dilexisse dicitur: in cuius gratiam insulæ illi dicatæ mulieribus: hanc pariendi prærogatiuam non immerito dedisse affirmant. Sunt etiam qui Dionysum ipsum in tot mensium spatio in lucem editum: sempiterno partus sui testimonio idem popularibus euenire suis uoluisse dicant. Vtcũq; fuerit

Asclepiades medicus. Naxiæ mulieres

Iuno puerperis fauens

fuerit effectus clare percipitur: licet causa in abditis lateat. Eadem etiam in Naxo fons dicitur fuisse, qui quo tannis celebri quodam die suauissimo flueret mero. Quamobrē Propertius in Elegijs de Libero patre uerba faciens sic scribit.

Fons mero fluens

Propertius

Et tibi per mediam bene olentia flumina Naxon:
Vnde tuum potant Naxia turba merum.

Cæterū quando de Naxo in præsentia loquimur: non ab re fuerit obiter etiam dixisse: plura apud antiquos loca Naxi nomen habuisse: siquidem & Siciliæ ciuitas quædam Naxos est appellata. Locus quinetiam in insula Creta Naxos est uocitatus cotum metallis percelebris: à quo Naxia cotes uulgo est cognominata.

Cotes Naxia in Creta

De Ace Phœniciæ urbe, & cur ita sit appellata, ubi de Hercule uaria historia. Cap. C

PTolemaidem Phœniciæ ciuitatem multis antè seculis Acem uocitatam fuisse Claudius Iulius in ijs commentarijs, quæ de Phœnicibus scripsit affirmat. Acem autem ab Hercule fuisse appellatam πὰ γὰ ἀκέσθαι, id est, mederi, hanc ob causam dicit. Cum Hercules post hydræ lerneæ certamen: quam ingenti labore uenenatis etiam morsibus saucius: uix tandem confecisse dicit: Euristhei iussu maximis adhuc assiduisq; uexaretur angustijs: & nouis continuo laboribus & periculis obijceretur: quos neq; impigre obire: neq; iam perferre saucius & æger posset: curandisq; uulneribus

Claudius Iulius

De Hercule historia

p lernæo

lernæo perfusis tabo nulla sufficeret medela inops consilij & mente anxius hac super re deum consuluisse fertur: cui Pythia respondit: ut orientem uersus solem proficisceretur, neq; cessaret usquam, donec ad fluuiũ peruenisset quendã, cuius in riparum margine nascentem reperiret herbam: quæ hydræ speciẽ effigie sua repræsentaret: eius enim radicem impositam uulneribus illis solam mederi posse. Paruisse deo Herculem peregreq; profectum tandem oraculo commõstratam reperisse herbam dicunt: cuius caulis & radix serpentium corijs similes esse perhibentur. Ferunt quinetiam uno ex illa reciso capite: ueluti de lernæa dictum est hydra: plura inde ocyus renasci solere. Huius radicem colosaium loci illius accolæ appellabant: fibrisq; illius Ægyptios libenter uesci solitos constans est fama: Nam Nili etiam in ripis copiosissima herba hæc nasci perhibetur. Quæ si cum radicibus euulsa conteratur / albicantem ex sese succum reddere dicitur, qui serpentibus ulceribus: & illis præcipue quæ difficulter ad cicatricẽ coëunt, uel præstantissimũ esse remedium fertur: à quo tunc liberatus, ut aiunt, Hercules, exædificata eo loci ciuitate: Acen illam ex medela reperta imposito nomine appellauit.

Colosaium radix

Ace ciuitas

NICOLAI LEONICI THOMAEI
DE VARIA HISTORIA LIBER SECVNDVS

De Numidis iuxta magnam Syrtem habitantibus quod prolixioris sunt æui, & quamobrem, & de Masanissa rege. Caput I



VMIDAS, EOS QVI LIBYam iuxta magnam incolunt Syrtem, reliquis eius regionis populis: & fortiores esse: & æui lõgioris memoriæ proditum est. Quinetiam Masanissam illorum quondam regem, octauum & octogesimũ ætatis iam agẽtem annum, & filium procreasse: & nudum ephippijs equum: ut Numidis omnibus in more est, solum ascendere & gubernare solitum fuisse ferunt: ducis militisq; strenui egregie per sese opera obeuntem. Huiusmodi autem rei hanc esse dicũt causam. Quod neq; admodum illis frigida algensq; existat hyems, neque æstuosa rursum & torrida, ueluti Æthiopibus & Indorum populis sit æstas. Sed aëris quædam grata temperies: & uitæ commoda, regionis illius tractum blande permulceat. Quamobrem & animalia cætera: & iumentorum præcipue genus omne maximum ibi uiribusq; ualidum reperitur: & homines corporum robu-

Masanissa rex

ſtorum productioris q̃ uitæ naſcũtur. Qui & ſub diuo facillime degere & maximis ſufficere laboribus, haud magna cum re planè poſſint. Inediæ quinetiã patientiſſimi dicuntur eſſe Numidæ: utpote qui herbis ſæpius pro pane (ſiquid durius inciderit) facile ueſcant̃, nam quotidianus alioquin ijs cibus nullo apparatu ſimpliciſſimus gratior eſſe perhibetur. In potu autem aqua ut plurimum uti ſolent. Equi quinetiam illorum facile inediam tollerare dicuntur, qui neq; hordea: neq; huiuſmodi quippiam triticei generis guſtare, ſed gramine tantum, aut fœno aſſidue uictitare dicuntur.

Numidæ patientiſſimi

De ſacris appellatis contumelioſis apud Argiuos, & de nominis illius cauſa, & Teleſſillæ poëtriæ Argiuæ hiſtoria. Cap. II

SAcra quædam cognomine contumelioſa apud Argiuos, & feſtos quotãnis dies, inuſitato alijs raroq; ritu, celebrata fuiſſe, autor eſt Plutarchus. Septimo enim menſis illius die, quem Argiui Hermæum appellabant, Marti Enyalio rem diuinã facturi, matronæ quidem cum uirginibus tunicis indutæ uirilibus & clamidibus uirorum in morem præcinctæ, barbas præterea quaſdam perſonatorũ ritu mento ſibi alligantes in medium procedebant, e contrario uiri ſtolis pepliſq; muliebribus amicti, mitriſq; inſuper & reliquo fœminarũ cultu muliebriter adornati foras prodire ſolebant, permixtimq; omnes Marti bellorum domino religioſe litabant.

Plutarchus

Sacra contumelioſa

tabant. Horum autem origo & initium sacrorũ huiusmodi fuisse perhibetur. Cum Argiuorum exercitus à Cleomene aliquãdo & Lacedæmoniis in ipsis agrorum confinibus, uniuersus ad internitionem cæsus fuisset, adeo ut calamitatis illius uix unicus domum rediret nuncius, desperatisq; rebus Argiui urbis captiuitatem, & reliquorum cædes extremaq; iam omnia cogitarent. Senes enim cum mulieribus & pueris domi relicti à tanta soli restabant clade, Telessilla inter Argiuas genere & opibus primaria fœmina: existimatione præterea, & arte poëtica perquàm celebris, & clara, fori procedens in medium popularibus persuadere cœpit suis: ut refixis è templorũ parietibus hostium spoliis & trophæis, pueros quidem, & ætate iam confectos senes armis illis ornarẽt, urbisq; muros ascẽdere facerent, ipsæ uero quotquot essent ætate uigẽtes & ualidæ se ducem impigre sequerentur, & sub ipsis mœnium propugnaculis aduentantibus audacter occurrerent hostibus: ut uel claram inde uictoriam reportarent, uel honestã saltem, siquid durius incidisset, mortem oppeterẽt. ad patriæ namq; suamq; omniũ dignationẽ & gloriam expedire magis pulchram illas hostili manu perpeti mortem, quàm animæ cupidas per omnem posthac contumeliã & dedecus superbis dominis turpiter inseruire. iis & pluribus in eam sententiam dictis, adeo illas animasse Telessilla, sic ualenter ad omnia subeũda inflam

Telesilla Argiua

masse dicitur, ut procul fœmineo timore depulso, se statim armaret: & in hostem illicò duceret, omnes enixius exclamarent: quæ etiam paulopost aduentantibus Lacedæmonijs, urbemq; hostiliter inuadentibus, adeo egregiam nauasse operã, sic in illos uiriliter pugnasse dicuntur: ut plerisq; illorum interẽptis reliquos ab urbis potiundæ certissima spe, qua confisi uenerant, penitus deturbarent. Infecta igitur re, multisq; etiam suorum amissis hostes, domum turpiter redierũt. Telessilla autem postmodum, mulieres illas quæcũq; pro patria in belli discrimine diem suum obierãt, in uia publica, qua Argos itur, magnifice extructo tumulo sepelisse dicit. Eo uero loci quo pugnatum fuerat: Marti Enyalio clarissimum erexit templum. Et illos quos recensuimus sacrorum ritus ad perpetuã uirilitatis fœmineæ memoriam quotannis faciendos prima tunc instituisse perhibetur. Huius Telessillę æneam imaginem Argi foro in medio se uidisse Pausanias refert, cuius in altera quidẽ manu galea, quã ueluti capiti iamiam impositura uidebatur inspicere: in altera uero uelitaris hasta conspiciebatur. Libri quinetiam ad statuæ pedes quidam sparsi iacebant: ut non solũ præclari illius facinoris memoria: sed etiam poëticæ facultatis indiciũ: sempiterno apud posteros Telessillæ monumento celebraretur.

De lapidibus in Ponto Thraciæ fluuio qui lignorum more comburuntur & flatu extinguuntur. Cap. III.

Sitonij

SItonij Thracia gens est: quorum in agris fluuium fuisse quendā perhibent Pontum nomine: qui alijs quidē in omnibus à reliquis eius regionis fluminibus haudquaquā distare uidebatur. Cæterū lapides quosdam peculiariter cursu deuoluebat suo: qui lignorū more ignem concipere facileq; comburi dicebantur: quamuis contrariam quandam ignitis carbonibus sibiq; peculiarem: & omnino admirandam sortiti fuissent naturam. Siquidem insufflati cōmotiq; facillime extinguebantur & peribant: aqua uero consperſi excitabant statim, & claram ex sese flammā emittebant: odorem autem ipsa adustione adeo grauem & tetrum reddere solitos dicunt: ut omnia serpentiū genera, quæ eo loci degebant, uel solo suffitu celerrime inde abigerentur.

Pontus Thraciæ fluuius

Lapidum mira natura

Elaphibolia apud Phocenses Dianæ sacra, & prima eorum origo, & unde natum prouerbium Phocensium desperatio. Cap. IIII

APud Phocenses deorum maxime omnium Diana: ut perhibent, colebatur: cui statis quibusdam diebus quotannis in Hyampolide ciuitate, maximo totius regionis conuentu, celebres festosq; agebant dies: ea uero sacra à deæ ipsius cognomine Elaphibolia appellabantur. Huiusmodi autē celebritatis talem ferunt originē fuisse primā. Cum Thessali aliquando magnis suorū sociorumq; uiribus Phocensiū fines ingressi fuissent: publicūq; belli ducibus domo exeuntibus datum esset

Elaphibolia sacra

esset decretum: ut nō prius inde abscederent/domūm/ ue redire pergerent,quàm expugnatis hostibus, & ferro cæsis/omnes uirilis sexus puberes necauissent:& uniuersa cum mulieribus abacta præda/ urbes etiam illorum omnes funditus euertissent/Daiphantus Bathilli filius:qui ea tempestate Phocēsibus imperabat, hoc illorum percepto consilio,conuocatis in unum populari bus suis:quibus maxime potuit uerbis hoc illis persuadere conatus est:ut ipsi quidē se duce arma omnes impigre caperent:ingruentibusq; uiriliter occurrerent hostibus: domi uero quosdam spectatæ fidei relinquerēt uiros,qui siquid fortè sibi (ut plerunq; in bello fieri solet) durius incidisset: intellecta clade:quicquid precioſioris gazæ cum priuatim: tum publicis asseruaretur thesauris: mulieres quinetiam omnes unum in locum compellentes:maxima extructa pyra suppositis exurerent ignibus.Sic enim in utramq; fortunam paratos illos:& audacius exituros: & generosius in hostē pugnaturos fore censebat.Cum autem omnes in hanc ipsius sententiam pedibus issent, salubreq; consilium id esse, & forti dignum principe/passim acclamassent,quidam ut aiunt/e populo procedens in medium, Mihi profecto, inquit, Phocenses isthuc decretū ut patria nostra, nobisq; ipsis dignissimū adeo placet/ ut simili in re nihil unquam magis. Cæterū super hoc mulieres etiam ipsas percontandas æquum esse iudico: nolentes enim

Daiphantus Phocensium dux

ad hoc

ad hoc compelli,haudquaquã,inquit,mihi fas æquũq; esse uidetur. Cum omnibus ille & æqua recensere:& ex re prudenter loqui uisus esset:consilium hoc ut erat integrum ad fœminas delatum fuisse dicitur : quæ adeo constanti omnes animo in Daiphanti sentẽtiam iuisse feruntur:adeo alacriter hoc sanxisse decretũ:ut nec ulla quidem fuerit reperta , quæ futuri periculi tam dubio tamq; ancipiti euentu uel leuiter commota fuisse dicatur.Quinimo Daiphantum ipsum sententiæ illius autorem sertis redimitum floribusq; passim cõsperſum: omnes summis,ut aiunt,extulerũt laudibus,patriæ parentem consultoremq; optimũ solum esse præseferentes:sub hæc gesta,bona cũ spe Phocenses & alacri animo urbe egressi,hostes audacter inuaserũt:illosq; acie superatos iuxta Cleonas agri Hyampolidis locum,ad internitionem usq; ceciderunt , domumq; inde reuersi Elaphibolia Dianæ indigeti sacra ob partam uictoriam soleniter instituisse dicuntur . Huius autem consilij casu uulgatissimum postea apud Græcos prouerbium illud Φωκέων ἀπόνοια originem habuisse perhibetur: cum desperatis in rebus quispiam Phocensium exemplo,aliquid etiã supra uires magno aggreditur animo.

Prouerbium Phocensium desperatio

De fossili piscium genere, & de piscibus qui ex cauernis ad pastum exeunt. Cap. v

MIra profecto, & fabulis quàm simillima esse uidentur illa,quæ de fossili piscium genere circa He

Theophrastus Aristoteles Massilienſis ſtagni mira natura

racleam Ponti: & Lycum amnem: necnon in Paphlagonia Theophraſtus refert, ni eius præceptor Ariſtoteles, iis etiam admirabiliora ſcriptis ſuis mandaſſet, in Maſſilienſiū uidelicet regione ſtagnum eſſe quoddam quod ſtatis quibuſdam exæſtuans temporibus tãtam ex ſeſe piſcium effundat copiã, ut audiens quiuis haud facile dictis fidē præſtare poſſit. Idem ſpirãtibus poſtea Eteſijs ſic repleri ſcribit, ut camporum planitie pauimenti in morem æquata, late omnia profundo etiam puluere obducantur. Raſtris igitur incolæ & ſarculis altas defodientes ſcrobes, inde copioſiſſimos cibiſq; gratiſſimos nullo negocio piſces extrahere perhibent. Idē etiam autor eſt Ariſtoteles, circa Babylonis rigua piſciculos quoſdam in cauernis aquam ſeruantibus repe-

Piſcium quorundam mira natura

riri, qui pinnulis & crebro caudarum motu gradientes ad pabula paſſim exeant: caſuq; poſtea aliquo perterrefactos ocyus in ſuas refugere cauernas: & in illis obuerſos latitare ſcribit: iis capita marinis ranis eſſe ſimilia: reliquas uero partes gobiorum habere, branchias quinetiam ut cæteris eſſe piſcibus, in ſuis de piſcium genere cõmentarijs Theophraſtus memoriæ prodidit.

De Paliſcorum fonte in Sicilia, & de ſolenni iuriſiurandi more. Cap. VI

Paliſcorum fons in Sicilia

VIx credibile eſt, quod de Paliſcorũ in Sicilia fonte Ariſtoteles philoſophus ſcriptũ reliquit, eũ uidelicet ambitu quidem eſſe nõ magnum. Cæterum ſic abun-

abundantibus ſcaturire aquis: ut illas plerũq; ſenos in altum cubitos facile eiaculari percipiatur, reiq; ignaris & aduenis ne totus mox campus ſtagnantibus merga tur aquis,haud paruum incutiat timorem. Verum illæ ad perpendiculum (ut ait)cadentes eodem poſtea reſi/dere & componi uidentur in loco. Iuſiurandum autem tota inſula & finitimis etiam Italiæ populis percelebre & horrendum eo loci fuiſſe perhibetur, cuius talis reli/gionis fuerat modus. Iuraturi illuc accedentes,quæcun q; affirmare uoluiſſent, tabellis ante conſcripta/ domo ſecum afferebant, has poſtea obſignatas in fontẽ deij/ciebant:quæ ſi uera rectaq; fuiſſent,illa,quæ iuratus af/firmaſſet is/ſuper aquas facile fluitare & ferri uideban/tur. Sin uero ſecus eſſet, & dolo malo peierans quiſpi/am illas ſcriptitaſſet, ſtatim mergebantur & ima pete/bant, homoq; ille ſubitis correptus ignibus exuri illi/cò:& in cineres uerti cernebatur. Quamobrem ſacerdo tes ij/quibus ſacri fontis erat cura,nõ prius aliquem ad id iuſiurandum admittere dicebantur,quàm is ſponſo res præſtitiſſet aliquos qui expurgationis impenſas ſi/quid ſibi durius incidiſſet, pro ſe ſtatim repræſentare tenerentur.

Mos ſolennis iuriſiurandi

De Ariſtoclia uirgine eiusq; amatoribus Stratone & Cal/liſthene,illiusq; miſeranda morte,hiſtoria. Cap. VII

IN Aliarto Bœotiæ ciuitate uirgo quædam Ariſto/clia nomine aliquãdo fuiſſe perhibetur:quæ cum ge

Ariſtoclia uirgo

nere & opibus, formæq; excellentia & dignitate inter omnes eius loci uirgines sola præstaret: & omnium facile primaria haberetur, multos ad se expetendã iuuenes allexisse dicitur. Verũ inter præcipuos, Stratonem quendam Orchomenium, & Aliartium Callisthenem maxima contẽtione & ambitu illius expetisse nuptias ferunt. Cæterum Strato quidem & locupletior erat: & puellam flagrantius deperibat: nudam enim aliquãdo illam inspexerat: dum Ioui cognomento Regi in Lebadia rem diuinam factura in Ercyo fonte se lauaret: indeq; immensi amoris ardentissimas illicò conceperat flammas. Callisthenes autem, ad hoc quod ex populariibus unus, & illius conciuis erat, Aristocliã etiam quodam affinitatis gradu contingere dicebatur. Quamobrem puella in Callisthenem procliuior illius magis fauere uotis non immerito uidebatur. Parẽtes igitur, quibus id curæ fuerat, haud multo postea illam Callistheni despondisse dicũtur. Cæterum cum celebris nuptiarum iam adueniisset dies, puellæ propinqui Stratonem etiam illius amatorẽ ad nuptiale inuitauere cõuiuium: is autem amoris ignibus percitus: quosdam secum impigros ducens iuuenes, iuxta fontẽ cognomine Hederaceum: cui nouæ nuptæ sponsi domũ petituræ primitias quasdam more patrio offerre solebant, clàm in insidijs collocasse illos, & eo loci magno postea comitatu accedẽtem uirginem audacter inuasisse dicitur, cumq;

Strato Callisthenes

Fons hederaceus

arctius

arctius illam cõplexus summa ui auferre conaretur: & econtra Callisthenes iniectis manibus illam constãter retineret, orta hac super re inter illos rixa, qui illis aderant utrinq; aduolantes, suisq; uicissim suppetias ferentes, hincinde uirginem trahẽdo illam sibi utriq; uendicare tentabant, ex quo accidisse ferunt: ut infelix Aristoclia, cum metu perterrita, tum retinentium distrahentiumq; discerpta uiribus, inter illorum manus animam efflaret: qua re Strato animaduersa adeo condoluisse dicitur: ut super iacentis statim corpus se ipsum gladio trãsuerberauerit. Callisthenes autem sponte sua patriam fugiens nusquam postea comparuisse perhibetur.

De Scedasi filiabus earumq; crudeli interitu & ultione apud Leuctra. Cap. VIII

HOmo quidam pauper Scedasus nomine priori-
bus (ut aiunt) seculis in Leuctris habitasse perhi-
betur. Fuere autem Leuctra Thespiensiũ regionis exiguus uiculus. Huic geminæ fuerant natæ: quarum altera Hippo, Milecia altera uocabatur, siue, ut nõnulli asserũt, Theano & Xantippe. Has hospites quidã Spartiatæ (patre fortè absente) illuc accedentes, ui cõstuprasse, inclamantesq; facinus, & deos homines q; obtestantes, crudeliter etiam interemisse, & illarum corpora in subiectum deuoluisse puteum, dicuntur. Sub hæc patrata, domum rediisse Scedasum ferunt, qui comperta ut erat re, domesticam deflẽs calamitatem, natarumq; mise-

Leuctra Thespiensium uicus

Theano Xantippe

miseratus uicem, Spartam propere contendisse horren
dumq; hoc facinus ad Ephoros miserabiliter detulisse
perhibetur. Sed illi spreta (ut aiunt) sordidati senis hu
militate, neglectisq; illius singultibus & lachrymis, ceu
amentem & insanum procul à se Scedasum abegisse di
cuntur. Domum igitur infelix reuersus senex, hospita
lem inuocans Iouem, & ultrices sæpius appellans Erin
nydes, dolorem haudquaquam ferre illum ualens, sibi
ipsi manus intulisse dicitur. Annis postea uoluentibus
Lacedæmonios fama est, iuxta Scedasi filiarum extru
ctum tumulum, maxima pugna, quæ illorum penitus
Pelopides uires attriuit, à Thebanis Pelopide duce, profligatos fu
isse: & Græciæ imperiū quod eousq; facile obtinuerant
penitus amisisse. Addūt quinetiam plericq; cum pridie
eius diei quo pugnatū est, Pelopides imolatis de more
uictimis extispicio operam daret, diraq; illi & aduersa
sese ostendissent exta, & ob id commotior integrā rem
illam in sequentem distulisset diem: ea quæ sequuta est
Scedasi imago nocte per quietem illi Scedasi astitisse imaginem, hor
tantis & ut bono esset animo iubētis. Venisse enim ad
Leuctra Lacedæmonios: ut sibi & filiabus suis meritas
aliquādo darent pœnas. Quamobrem alacriter iret, &
antequàm suos in aciem duceret, manumq; cum hosti
bus consereret: candidū equi pullum super filiarum tu
mulo iugularet, eaq; uictima sibi & uirginibus prius
parentaret. Quo admonitus somnio Pelopides perfe
ctis

ctis sacris bona cum spe sequenti postea die in hostes duxisse: & illos ad internitionem cecidisse plane perhibetur.

De Phoci Bœotij interitu, ac Callirrhoës filiæ Procis, & de illorum postea sumpto supplicio. Cap. IX.

PHocus genere Bœotius ex Clisante oppido Callirrhoën habuit filiam, quę cum corporis forma, tum pudicitiæ gloria inter æquales suas & socias facile sibi primas uendicauerat. Hanc triginta (ut aiunt) numero ex uniuersa Bœotia genere opibusq; primarij iuuenes summo sibi quisq; studio in uxorem expetisse dicũtur. Cæterum pater alias semper ex alijs moras cõplicans & cõnectens, & diem de die trahens illorum uota procrastinando cõsulto frustrari uidebatur. Quamobrem re inter se communicata, cõspiratione q; conflata Proci hominem per insidias interfecerunt. Hac re palam facta Callirrhoë clàm aufugiens tam diu delituisse dicitur quo ad celebre per uniuersam Bœotiam aduenit festum: quod πανβοιώτιον illi uocabant, Hanc illa celebritatis nacta occasionem obseruato tempore supplex in Palladis cognomento Ithoniæ consedisse dicitur aram palamq; de Procis cõquesta suis, illorum scelus nefandamq; parentis sui cædem miserabiliter indicauit: nomina etiam singulorũ & patrias insuper memoriter maximo recensens ululatu. Bœotij autem quotquot ad celebre spectaculũ aderant: cum puellę largiter plorantis lachry-

Callirrhoe

lachrymis: tum rei ipsius indignitate permoti, cædis patratores & cõscios ut ab illis meritas exigerent pœnas diligentius inquirere cœperunt. Hac illi re percepta o-

Hippote oppidum

cyus omnes dilapsi ad Hippotas: quod oppidum medio Thebarum Coroniæq; interstitio erat, celeri fuga peruenisse dicuntur. Expostulãtibus autem illos postea Bœotijs: & ut sibi dederentur summo studio cõtendentibus cum oppidani obaudirẽt, eosq; reddere nollent: comparato ex singulis ciuitatibus delectorũ exercitu, illorum fines hostiliter sunt ingressi & oppidũ quidem ui captum funditus euerterunt. Procos uero illos in potestatem redactos maxima extructa pyra simul omnes in ignem cõiectos combusserunt. Ferunt quinetiam nocte quæ illum in quo hæc gesta sunt præcessit diẽ, crebras ex uicino Heliconis iugo auditas fuisse uoces cuiusdam, Adsum adsum, fortiter inclamantis, procosq; illos tali ostento perterritos, uoces eas interfecti

Phoci tumulus

à se Phoci esse sibi bene cognitas constãter affirmasse. Quo autem die meritas illi dedere pœnas, Phoci illius in Clisante tumulum odorato fluxisse croco fama est.

De Acteone puero ab Archia Corinthio rapto illiusq; interitu, & de Archiæ exilio, Syracusarũq; extructione. Caput X

Abron Argiuus

ABron Argiuus oppressam à tyranno fugiens patriam cum uxore & uniuersa familia uagus & extorris: ad Corinthiorũ aliquãdo fines peruenisse, ibiq; in pago

in pago quodam Meliſſo nomine, modicis ædibus habitaſſe dicitur. Eo loci cum filium poſtea ſuſcepiſſet à pagi nomine illum Meliſſum appellauit. Huius poſtmodũ filius Acteon fuiſſe perhibetur, qui corporis forma: cæteriſq; animi dotibus adeo præſtitit, ut inter æquales ſuos uel omniũ iudicio merito ſibi primas uendicaret. Hunc Archias genere & opibus inter Corinthios uir primarius eximia pellectus forma, efflictim deperibat: qui cũ neq; prece, neq; precio illi ut ſibi obſequi uellet, perſuadere poſſet, uim ultimo experiri ſtatuit: & nõ parua ſuorũ ſtipatus manu Meliſſi domum inuaſit, Acteonemq; puerum uiolenter rapuit: cum uero accurrens cum ijs qui aderant famulis Meliſſus deos hominesq; de ſibi contra ius fasq; illata obteſtaretur iniuria, & iniectis manibus filiũ arctius retineret, accidit ut inter hincinde diſtrahentium manus diſcerptus interiret puer. Quamobrem cum præter ſpem re infecta Archias diſceſſiſſet, cadauere ſtatim filij ſublato Meliſſus recta Corinthũ uenit, populiq; opem hac pro re quàm miſerabiliter implorauit. Verum cum nihil penitus profeciſſet, domum poſtea rediens dolore contumeliaq; percitus ex altiſſima ſe rupe præcipitem in caput deiecit: ſtatimq; poſtea hominũ cæterorumq; animantiũ peſtis ualida, agrorumq; inſuper ex ingenti ſiccitate ſterilitas, uniuerſam Corinthiorũ regionem inuaſiſſe & deuaſtaſſe dicit. Corinthijs igitur deũ hac

Meliſſus.
Acteon
Archias

de re consulentibus, calamitatisq; huius remedium ali quod suppliciter expostulantibus: respondit Pythia, Neptuni illam esse indignationem: quæ prius finē habitura nō esset, quàm iniustæ Acteonis & iniquæ mortis meritas luerēt pœnas: Qua re cognita Archias magna suorum comitatus manu patriam sponte fugiens in Siciliam enauigasse, & Syracusas urbem extruxisse dicitur. Is postea cum duas eo loci ex uxore propria filias suscepisset, Ortygiam uidelicet, & Syracusam, à Telepho quodam, quem prius ipse forma præstantem in delitijs habuerat, classiq; postmodū suæ domo exiens præfecerat, dolo interemptus fuisse perhibet: eoq; modo Melisso Acteoniq; licet seras, meritas tamen aliquando luisse pœnas.

Archias Syracusarū fundator

Ortygia Syracusa Telephus

De Possidoniatis qui iuxta mare Tyrrhenum habitabant, & de illorum institutis. Cap. XI

POssidoniatas eos, qui in Tyrrheno sinu maritimā incolebant urbem, græcam ab origine gentē, longis annorum seculis adeo degenerasse Aristoxenus in conuiualibus Miscellaneis refert: ut neq; prisci quicq; moris, neq; antiquorū suorum retinuerint nomina: Ritus quin etiam patrios, & sacras deorū ceremonias penitus aboleuerint, barbarorumq; tandem legibus uictitarint & institutis. Cæterum ijdem quot annis celebri quodam die solennia de more sacra quædam celebrare cōsueuerunt, In quibus & græcas sumebant clamydes,

Aristoxenus in conuiualibus miscellaneis

Possidoniatæ

mydes, & Græco patriæ ritu rem diuinam faciebant, nominibusq; passim utebantur Græcis. Inde postea per fora media: per uias etiã & Angiportus quò quẽq; fors seu uoluntas tulisset, conuenientes/ calamitates & miserias suas, & unde/ quò decidissent totam diem lu/gubriter lamentabantur & deplorabãt, antiquæq; pa/triæ gratam memoriã non sine singultu & lachrymis dulciter repetebant. Hæc cum omnes tota passim urbe summo studio feciſſent, postridie tamen eius diei ad priorem facile uitæ cultum, barbaraq; instituta turpi/ter deuoluebantur.

De Catinensibus fratribus quos Pios uocabant, & cur id cognomentum fuerint assecuti. Cap. XII

APud Catinenses in Sicilia honores cultusq; ma/ximi, qui prope ad deorũ immortaliũ reuerẽtiã accedere uidebant, duobus impendebantur fratribus, quos illi εὐσεβεῖς, id est, Pios appellabãt. Ferũt nãq; cũ aliquãdo Ætnæ crateribus superatis/amnis instar è montis uertice deuoluta maximo cũ fragore late fluita rẽt incẽdia: horrẽdãq; passim omniũ stragẽ efficerẽt, cũ ctis (ut in tãta clade) animo prostratis, & q̃ poterãt ce lerrime fugiẽtibus: & ex suis q̃ uolebãt & poterãt nullo ordine secũ raptãtibus, hos duos fratres quibus paren tes essent iã senio & ualitudine cõfecti, & qbus ad sese ferendũ, haudquaq; sufficere uidebant uires: auri atq; argẽti necnõ p̃cioſioris reliquę gazę abiecta cura: alterę

De Pijs apud Catinẽses fratribus

quidem patrem, matrem uero alterũ humeris ſubĩſſe: & inde quàm celerrime poterant aſportare cœpiſſe. Cumq; eo preſſi pondere à celeri prępedirentur fuga, tardiusq; (ut par erat) iter conficerent: & iamiam à uicina opprimi flamma uiderẽtur: nuſquam tamen ab incepto deſiſterent opere: fama eſt ardentes ignium globos qui ponè magno ruebant ſtrepitu cũ ad illos peruenirent, iuxta illorũ pedes bifariam diſſectos fuiſſe, ipſosq; eo modo cum parentibus adoleſcentes prætereũſſe: & nullo illis illato incommodo, in unũ rurſus defluxiſſe corpus, magnum poſteris indicium filiorũ erga parentes ſuos, cultum & pietatem non hominibus ſolum, ſed dĩjs etiam immortalibus eſſe gratiſſimam.

De Apaturiorũ apud Athenienſes celebritate, deq; nominis illius origine: præterea quæ in quatuor illis feſtis diebus fieri erant ſolita. Cap. XIII

Apaturiorũ apud Athenienſes celebritas

APaturiorum ſtata quotannis apud Athenienſes celebritas: hãc originis & nominis ſui cauſam habuiſſe dicitur. Cum aliquando Athenienſes cum Bœotijs de regionis finibus diſſiderẽt, neq; ex iure & æquo cõuenire poſſent: & iam res ad arma bellumq; proculdubio uergere uideretur: placuit utriſque ne omnia temere in certaminis diſcrimen traherentur: ut pro agrorum confinibus reges utrinque ſui ſingulari certamine hac duntaxat lege depugnarent: ut qui eorum aduerſariũ ſuperaſſet ſuum, eius poſtea populus agrũ illum, qui

qui tunc in cõtrouersia erat, bona cum fide libere possi-
deret: nullaq; post hac inter illos discordiarum admit-
teretur occasio. Imperabat autem ea tempestate Bœo
tijs quidem omnibus Xanthius quidã uir manu stre- *Bœotius Xanthius.*
nuus: & belli gloria clarus. Athenienses uero Thyme- *Thymetes Athenienſis*
tes regebat, qui ad pacis obeunda munia aptior, belli
opera non admodum callere uidebatur. Hic detrecta-
ta cum Xanthio pugna, sponte sua animæ: ut uidetur,
cupidus illi sese principatu concedere uelle pronuncia-
uit, si quis cum Xanthio singulari certamine congredi
auderet, & Melantho non multo post conditionem il- *Melanthus*
lam pro Athenarum imperio recipiente, regno haud
conctanter cessisse dicitur. Cæterum cum præfinita pu
gnæ iam adueniſſet dies: & insignibus uterque armis
hinc Melanthus, inde Xanthius camporũ in medium
conspicui processissent, tunc Melanthus callido (ut ui-
detur) cõsilio iniuriã mihi facis, inquit Xanthi, neq; iu-
rata seruas fœdera, qui contra me nõ solus accedis: con
turbato autẽ ijs uerbis Xanthio: & ut quis nam se po-
nè sequeretur cognosceret, statim cõuerso: hasta illum
Melanthus mediũ transuerberasse & prostrasse dicit,
uictorq; & ouans unico illo certamine & sibi Athena-
rum imperiũ facile uendicauit: & popularibus suis am
biguos regionis terminos stabiliter adiudicauit. Festa
igitur quæ quotannis huius rei causa fierent ab Athe-
nienſibus, tunc primum instituta fuisse dicuntur: quæ

prius quidem Apatenoria: postea uero Apatúria sunt appellata: cum mutuato uidelicet à fraude uocabulo: quam ἀπάτην uocant, antiqui memoriam certaminis significare uellent. Quatuor autem continuis diebus in Apaturijs suis Athenienses sacrificijs epulationibusq; publicis operam dabant: Priuati quinetiam ciuium cõuictus, & Sympoſia tota passim urbe fiebant, uniuerso populo ad omnia hilaritatis uoluptatũq; munia libertime profuso. Diebus aũt illis diuersa singulis imposita erant nomina, & primus quidem Dorpia appellabatur. Secundus uero Anarrisis. ex postremis autem duobus Cureotis alter, alter uero qui & ultimus erat, Epibdas cognominabatur.

Quod tibiarum fistulæq; antiquissimus fuit usus, & de Hyperboreis sacris Delum quotannis transmissis. Cap. XIIII

Pan sensilis mundi rector

TIbiarũ fistulæq; antiquissimũ fuisse usum, uel Panis ipsius imago has manu gestantis indicio cuiuis esse potest: quem cũ sensilis mundi rectorem & dominum celebraret antiquitas, hæc ideo illi musicæ artis instrumenta signanter ascribere uoluit: ut eorũ perpetuũ usum, cũ mũdi ipsius æternitate ad homines efluxisse manifeste ostenderet. Quamobrem Deli antiquissimũ Apollinis simulachrũ: quod Herculem cum Meropibus collocasse dicũt, dextra quidẽ manu arcũ: Altera uero tres cũ musicis instrumentis retinebat gratias, quarũ una lyrã, alia tibias: reliqua uero inter has media

Antiquissimum Deli simulachrum

media fistulam manu gestabat. Puero quinetiam illi qui apud Delphos celebri Apollinis die inter pompa/rum solennia sacram gestabat laurum / Tibijs canētes astitisse ferunt plures. Sacra præterea illa, quæ quotannis ex Hyperboreis Delum mitti solebant: cum tibijs: cithara/& fistulis transmissa fuisse perhibentur. Cæte/rum nonnulli ad huiusce rei certissimam fidem Apolli/nem etiam ipsum à Pallade edoctum: Tibijs libenter cecinisse affirmant.

Puer apud Delphos

Hyperborea sacra

Apollo à Pallade in tibijs

De Apollinis Delphici templo quinquies ædificato, & de æneo Palladis tēplo apud Lacedæmonios, & quod Romæ forum fuit ære contectum. Cap. XV

DElphicum Apollinis templum, toto terrarum orbe celeberrimum à prima eius origine quinquies extructum ędificatumq; fuisse, autor est Pausanias. Et primum quidem ex lauri ramis à Thessalię tempe Penæoq; amne petitis & humi defixis specus in morem exædificatū fuisse ferunt. Secunda uero illius extructio fabricantibus apibus ex cæra & alarum membranulis cōstitisse dicitur: ex quo πτερὰν illud appellatum autumant: quāuis nonnulli non ideo πτερὰν quia ex pinnulis cōstaret apum, uocitatum affirmēt, sed quoniam uir quidam loci accola πτερὰς nomine illud ædificasse dicatur. Tertia eiusdem insecuta est fabrica qua æneum illud effectum fuisse asserunt: neque hoc adeo mirum fideque maius cuipiam uideri sanè debet: quandoquidem

Apollinis tēplum Delphicum quinquies ædificatum

Aeneum Palladis templũ apud Lacedæmonios

doquidem æneum filiæ thalamum constructum Acrisius, & Palladis cognomine χαλκιοίκου æneum apud Lacedæmonios templum se uidisse scribit Pausanias.

Romæ forum ære contectũ

Romæ quinetiam forũ magnitudine uariocp cultu inter pauca conspicuum, totum ære contectum fuisse perhibetur. Non igitur incredibile admodũ est, templum etiam illud æneum à fundamentis fuisse constructum. Cæterum terræ postmodum hiatu desidentibus cam pis, nonnulli id absorptum, alij autem igne conflatum fuisse ferunt. Quartum post hoc templũ quadrato lapide à Trophonio & Agamede, Ersiclide Athenis principe, Olympiadis octauæ & quinquagesimæ anno primo extructum fuisse memoriæ proditũ est. Quintam uero templi illius extructionẽ quam Amphictyones sacris pecuniarũ thesauris Spintharo Corinthio operis architecto excitarunt: suo etiam tempore quod in Adriani Cæsaris principatum incurrerat adhuc integram durasse, autor est idem Pausanias.

Trophonius Agamedes

De Sibyllarum nomine, & quot fuere Sibyllæ. Cap. XVI

Prima Sibylla Iouis et Lamiæ filia.

SIbyllarum nomẽ à prima & antiquissima emanasse Sibylla, quam Iouis & Lamiæ filiam fuisse perhibent, primamcp mulierum futurorũ præciniſſe oracula: & ideo Afrorũ lingua Sibyllam uocitatam, autor est Pausanias. Hanc multis postea seculis iunior: bello tamen quod ad Troiã gestũ est antiquior, cõsecuta est Herophile,

Sibyllæ Afrũ uocabulum

Herophile, quam nõnulli Phrygiam ex Marpesso oppido quod in Troiana situm est Ida fuisse autumant, uerum Erythream nũcupatam fuisse dicunt, quoniam omnis circa Marpessum regionis illius tractus rubentes habeat glebas. Econtra Erythrei illam summo sibi studio uendicare cõtendebant: Theodoricq; cuiusdam indigenæ pastoris & Ideæ Nymphæ filiam fuisse asse uerabãt. Specumq; etiam quendam in Corio apud se ostendebant monte, in quo genitam educatamq; Herophilen constanter affirmabant. Verum utcũq; se habeat res, isthuc sanè in confessis tenetur, hanc Troianis temporibus templi Sminthei Apollinis: quod Alexãdriæ Troadis oppido percelebre fuerat, Antistitẽ fuisse: multaq; Priamo & Hecubæ: cæterisq; Troianorum principibus, super Helenæ Paridisq; cõiugio ueraciter prædixisse. Hanc etiam in Delum Clarumq; nauigasse: & Delphos aliquãdo peruenisse ferunt: plurimos tamen uitæ suæ annos in Samo degisse: & ideo Samiã à plerisq; creditam & appellatã fuisse. Cæterũ in Troade illam ultimum clausisse diem constans est fama: cuius etiã in sacro Apollinis Sminthei luco cũ epigrammate extructus uisebatur tumulus. Post hanc Demò ex Italia Cumæam fuisse Sibyllã affirmant: cuius oracula quidem & prædictiones non extare dicuntur. Cæterum ossa illius lapideâ recondita urna in sacro Apollinis templo collocata eius loci accolæ religiose custo-

Herophile Sibilla Erithrea

Tẽplũ Sminthei Apollinis

Demo Cumæa Sibylla

Sabba Sibylla Hebræa quam Babyloniam & Aegyptiam uocant

dísse perhibentur. Hãc Hebræa ex íjs qui Palæstínam incolunt insecuta est uates, Sabba nomine patre Berosso, matre Erymanthe, quam alíj Babyloniam, nonnulli Ægyptiam Sibyllam uocauerunt. Et eæ solum uates fuisse dicũtur fœminæ: quas Sibyllæ præclaro nomine diligens insigniuit antiquitas. Nam Phœmidẽ Chaonum regis filiam, quæ Demetrij expugnatoris ætate floruit: & hac ipsa multis etiã seculis antiquiores in Dodona Peliades, futurorum quidem certissima præcinisse euenta, cæterum Sibyllas haudquaquam appellatas fuisse autumant.

Dodoneæ Peliades

Qui nam fuerint Sardoi heroës, & de illorum responsis ex Simplicio. Cap. XVII

Sardoi heroës

QVinam sint Sardoi heroës nuncupati, quodúe illorum fuisse dicatur oraculum, neq; grammaticorum (quod sciam) quispiam scripsisse uidetur, neque

Simplicius

apud quempiam ego alium autorem præter unũ Simplicium me legisse memini. Hic enim in commentarijs suis, quos in octo Aristotelis de physica auditione libros exquisitissime conscripsit, nouem fuisse Heroës illos dicit, Herculisq; filios, quos ex Thespij filiabus deus ille susceperat. Cæterũ neq; illorũ adiungit nomina, neq; cur è Peloponeso Græciaq; in Sardiniam enauigauerint quicq; docet: sed illos, solũmodo eo loci delatos fuisse, ibiq; omnes diem suum obijsse scribit: quorũ etiã corpora omnibus integra mẽbris & illęsa, dormiẽtium

tium præ se ferentia speciem usq; ad Aristotelis perdu rasse ætatem refert. Ad hos etiam responsorum prædi ctionumq; gratia, quæ per insomnia darentur: & insu/ læ illius accolas, & multos etiam conuenas & externos accedere solitos fuisse, idem autor est Simplicius.

De insaniæ speciebus quibusdam ex Aristotele, & de Milesijs uirginibus insanientibus, & quo/ modo ab insania liberatæ perhibentur.

Cap. XVIII

INsanię plures & penè innumerabiles esse species o/ mnes ferè medici uoluerunt: quandoquidem per sa/ pientiam quosdam etiam insanire planè affirmāt. Cæ terum raras admodum has & nouas, memoriæ prodi tas legimus. Abydi quendam Aristoteles fuisse refert, qui cū aliquando insanire cœpisset, per multos postea cōtinenter dies in theatrū uentitare, ibiq; tanq; aliquid ageret diligēter & intēte spectare sit solitus, gestus etiā quosdā cū oris, tum reliqui corporis efficiens, ueluti spe ctatum illic quippiā, auditumue probaret, aut ecōtra damnaret. Verū illum postea ab insania liberatum po pularibus suis narrare solitū dicit: nunquā se iucundius per omne ante actum tempus, q; per eos dies uixisse. Idem etiā scribit autor, Tarenti cauponē fuisse quēdā qui noctibus quidem fureret: interdiu uero proprio/ si quis alius/ exercitio diligenter operā nauaret, cæterum noctu etiam dum insaniret sua illum solerter omnia

Aristoteles

Caupo Tarenti

custodisse ait. Siquidem tabernę clauem, quam sub zona ferre solitus esset, nũquam amisisse, quinimmo multis plerunq́, ut fit, illã clam subducere tentantibus, semper custodisse diligenterq́ conseruasse affirmat. Milesias autem uirgines nouum quoddam & miserandum insaniæ genus inuasisse, autor est Plutarchus. Siquidẽ ignota: ut ait, causa, quã alij ad aëris intemperiem corruptionemq́ quandam, nõnulli ad terrarum pestilentem halitum referebant, ad insaniam omnes conuersæ in uehemens adeo mortis desiderium compulsæ fuisse dicuntur: ut per omnes ferè domos tota passim urbe laqueo se suspenderent: ad id enim maxime, & nõ aliud ferè mortis genus furenter impulsas illas fuisse scribit. Luctuosum igitur (ut ait) & turpe pendentiũ uirginum spectaculum Mileti quotidie cernebatur, cui pesti nullum penitus afferri efficax poterat remedium. Non enim maiorũ ea in calamitate monita, non parentum preces & lachrymæ quicquam proficere ualebant, in diesq́ passim, id excrescere uidebatur malum, ut non humanis illud amplius iam causis, sed deorum potius indignationi omnes cõstanter ascriberent. Donec prudentis cuiusdam uiri, & rerum usu periti admonitu, Milesiorum decernente senatu: ut quæ posthac suspendio se conficerent uirgines, nudatoq́ corpore omnes per fori medium palàm efferrentur, huiusmodi cessasse malum perhibetur. Hoc enim publicato decreto, adeo illas animis

Milesiæ uirgines insanæ

mis concidisse,sic turpitudinis illius phantasia perterri tas fuisse ferunt:ut nulla postmodũ sibi ipsi durius con suluisse dicatur:tantum ingenuis animis pudoris existi mationisq; efficax ualuit uis: ut quas antea quominus sibi manus afferrent terribilium,ut aiunt,extremũ:non absterruit mors/ easdem uel inanis cõtumeliæ turpitu/ dinisq; iniecta opinio, nullo postea negocio cõmoue/ re:& à ꝓposito tã cito labefactare,& euertere potuerit.

De Antinoo Hadriani Cæsaris puero,quem morbo absumptũ in deos referre conatus est Cæsar Cap. XIX

MEmini me superioribus annis dum Venetijs es/ sem,& mihi numisma quoddam antiquioris, ut aiunt,notæ ostensum fuisset/in quo euanescentibus pe nè literis Græce scriptum erat ἀντίνοος ἥρως/ diu & multum quæsiuisse quisnam fuisset is Antinous cuius penè spirans cernebatur effigies:formosissimi enim ui/ debatur adolescentis excusa imago:capillo paulum cir ca colla demissiore extremaq; sui parte in cincinnos cõ torta. Cæterum, ut plerũq; fit,quod tũc anxie cupiens & diu quęritans nõ sum assecutus:id mihi postea aliud agenti peropportune sese obtulit. Nam cum Hadriani Augusti uitam & res gestas apud Æliũ Spartianũ le/ ctitarem, de hoc Antinoo forte fortuna pauca quædã ibi cognoui,pluraq; mox de eodem apud Pausaniam scripta comperi: quæ huiusmodi ferè sunt. Antinoum

Antinoi imago

puerum ex Bithynia oriundum fuisse Hadriano principi adeo gratum: ut plerique illũ in delitijs à Cæsare habitum, & corporis forma, qua erat egregia Imperatori conciliatum fuisse ferant. Hic Hadriano Ægyptũ peragrãti comes in Nili enauigatione morbo absumptus est: quæ res Cæsari adeo molesta fuit: ut illius desiderio neque à lachrymis etiam & eiulatu abstinuisse dicatur. Cæterum in defuncti solatium pueri eo quo mortuus est loco: urbem Antinoo suo cognominem ædificauit, temploque & ara ibidem constructis: & sacerdotibus etiam additis, illum in deorum numerum referre & consecrare conatus est. Oraculum quinetiam eo loci Antinoi herois cõstitutum, heroico carmine responsa dabat: quæ ab Hadriano ipso fieri submittique dicebant. In Mantinæa præterea Arcadiæ ciuitate: & templum Antinoi fuisse percelebre ab Hadriano constitutum: & statuas etiã in Gymnasio: & in alijs plerisque urbis locis complures, sub liberi patris habitu illius effigiem præclare reddẽtes, idem Pausanias in Arcadicis scribit, qui iccirco ea ibi à Cæsare constructa fuisse dicit: quoniam Mantinæi urbis suæ antiquam originem ad Bithynios retulisse perhibentur.

Hadrianus Cæsar

Antinoi oraculum

Mantinæi à Bithynijs descendentes

Seleuci cognomento Nicatoris historia, & cur in illius numismatibus insculpta uisatur anchora. Cap. xx

CVm aliquãdo mihi familiaris quidam meus uir aliâs non admodum eruditus: cæterũ ueteris memoriæ

morię, ſiquis alius, indagator ſolertiſſimus, antiquioris notæ argenteũ attuliſſet nummũ: in quo ex altera quidem parte uiri effigies, ex altera uero inſculpta uiſebatur anchora: & ex me inſtantius quæſiuiſſet, cuius nam imaginem eſſe illã exiſtimarem: Literæ enim quæcũq; prius fuerant, longis attritæ ſeculis euanuerant omnes, uno duntaxat excepto charactere iuxta anchorę illius eminentiorem uncum, qui Græci ſigma antiquam reddere uidebatur effigiem, memini me illi nõ diu admodum contatum Seleuci illam eſſe imaginem conſtãter dixiſſe, eius uidelicet, qui poſt Alexandri Macedonis interitum: Babylonem primo, mox etiã uniuerſam ferè Aſiam ſuo ſubdiderit imperio, qui à crebris excellentibuſq; quibus uſus eſt uictoriis, Nicator poſtea eſt appellatus. Ad hoc autem tam prompte, tamq; cito affirmandum, cum character ipſe nominis eius initium integer adhuc extans: tum anchoræ impreſſa effigies, me facile inducere potuerunt. Memineram enim apud Appianum ſophiſtam in eo qui Syrus inſcribitur cõmentario me legiſſe, Seleuci matrem in Macedonia ſomnio quondam admonitam fuiſſe: ut quem repertura eſſet annulum filio ſtatim geſtandum traderet, fore nanq; ut quibus terrarũ in locis is annulũ eũ amiſiſſet, eã poſtmodũ ille regionẽ nullo negocio ſuo ſubderet imperio. Experrecta igit mulier cũ ſomniũ illud, haud quaquam magni facere uideretur: nõ multo poſt forte

Seleucus Nicator

Appianus Alexãdrinus. Somnium matris Seleuci

fortuna

fortuna reperto annulo quodã in quo anchoræ insculpta erat imago, illũ filio: ut per quietem admonita fuerat, tradidisse fertur. Hunc postea annulum Seleucus cum in Asiam Alexandrum magnum secutus peruenisset: iuxta Euphratem fluuiũ amisisse dicitur. Cęterũ Alexandro postea uita functo, cum Seleucus à Babylonis imperio quam regendam à Perdicca & Antipatro susceperat: Antigoni uiribus armisq; decidisset: & ad Ptolemęum in Ægyptum profugisset: indeq; illius opera: parua etiam suorũ: sed impigra comitatus manu suum sibi regnum rursus uendicare tentaret: accidit ut secundum Euphratem amnem iter faciens ad lapidem quendam festinans pedem offenderet: quo forte ictu euulso annulus sub eo quem quondã eo loci amiserat latens apparuisse dicitur. Cæteris igitur casu illo cõmotis: & ueluti malo omine perterritis: anchoramq; illam captiuitatis indicium esse coniectantibus: Seleucus dictorum matris memor: bono inquit animo esto te amici: regionem enim istam nempe retinebimus. Statimq; inde profectus, Babylonem cunctis illũ alacriter excipientibus nullo negocio recepit. Cæterũ Antigono postea necnon Lysimacho & Nicanore bello superatis, & ad necem cõpulsis, uniuersam ferè Asiam à Phrygia ad Indum usq; amnem ditioni subegit suę: Anchoræq; postmodum imagine cum in annulorum signis: tum in nummorum characteribus, cæterisq; huiusmodi

Antigonus Lysimachus Nicanor

iusmodi/ semper usus fuisse perhibetur. Hic est Seleu/cus ille, qui Antiocho filio Stratonicam nouercã per/dite amanti: & ob id in ancipitem periculosamq; dela/pso ægritudinẽ morbi illius ab Erasistrato medico cõ/perta causa: quam ille iuueni assistens diligẽti dudum solertia animaduerterat, uxorem illi suam bona cũ gra/tia habere concessit: maioremq; illis regni sui partem li beraliter etiam largitus est.

Antiochus Stratonica

Erasistratus medicus

Cur Isidis sacerdotes lineis usi sunt uestibus, & de il lorum cultu & abstinentia: & cur salem non gustabant ex Plutarcho. Cap. XXI

VVlgatissimum apud omnes ferè fuit: & priscis no tissimũ seculis Ægyptios Isidis sacerdotes lineis uti solitos uestibus: & detonso omnes capillo semper fuisse: quod etiam per manus traditum ad nostra usq; tempora peruenisse uidetur. Siquidem ij qui apud nos diuino præsident cultui sacris legum decretis, barbam/comamue nutrire prohibẽtur: & in religiosis altariũ ce rimonijs, horarumq; insuper diurnis & nocturnis con centibus: lineis ferè omnes utũtur amictibus. Huius au tem rei causa ut aliarũ complurium in omni uita perua gatissimarũ rerum, in abditis latet: quod enim passim fit, & in promiscuo omniũ esse uidetur usu: nescio quo/modo ab omnibus ferè, uel familiaritate nimia, uel sua pte ipsius natura contemni negligiq; penitus solet. Cæ terum diligentissimus omnis antiquitatis autor Plutar

Isidis sacerdo tes

t chus

Plutarchus Chæroneus

chus Chæroneus, de Ægyptijs sacerdotibus uerba faciens: à quibus huiusmodi emanasse perhibetur mos: causa prius quadam ex aliorũ magis quàm ex sui sententia de hoc relata: ipse postea rectiorem & uero magis consentaneam subiungit rationem. Ait enim in ijs quos de Osiride & Iside inscribit commentarijs, quosdam dicere solitos: ideo Ægyptios sacerdotes laneis usos nõ fuisse uestimentis: quia quemadmodum à carnium esu sic à pecudum etiam abstinuerint uelleribus: quas impensius colebant, Lineas autem portasse chlamydes, propter ceruleũ & ætheri maxime similem colorem: qui florescente lino in aruis passim mira cernentium uoluptate conspiciatur. Nam abraso illos ad cutim capite uictitasse: eam ob rem narrare solent: ut luctum propter Osiridis cædem contractũ uel eo indicio signanter ostenderent. Verum aliã horũ omniũ: & eandem unicã esse causam rationabiliter se existimare Plutarchus scribit: ea autem est, Dijs immortalibus omnia munda puraq; recte conuenire: haudquaquã enim fas esse (Platone teste) pura deorũ numina impuris & contaminatis rebus coli: constat autem nullã cibariorũ redundantiam nutricationisq; superfluentia in corporibus excrementa: pura mundaq; existere: ex quo genere cum capillos esse & ungues: tum uellera ipsa & uillorum genus omne, & physici autumant omnes: & uero (ut aiunt) ipso uerius esse perhibetur. Linũ autem cum

ex tel-

ex tellure communi omnium genitrice facili enascatur satu, semenq; hominum usui accommodatum ferat: parabileq; insuper & purum, & ad omnia anni tempora habile indumentorum præbeat genus: quod alioquin neq; pediculos: neq; alia huiuscemodi uitæ tædia facile ex sese producere cõsueuerit, diuino maxime cultui accommodatum: ipsisque Dijs immortalibus gratum admodum esse existimatur. Cui rei testimonio præclare etiam esse potest: eorundem sacerdotum uehemens seueraq; quondam superfluitatum omnium abominatio: qui neque legumina gustabant: neque agninis porcinisq; uescebãtur carnibus: nullam aliam ob rem: nisi quod isthæc omnia in excrementorum facile exuberantiam abeant. In sacris præterea ieiuniorum abstinentijs: sal etiam ipsum mensis penitus abdicasse dicuntur: quoniam languentem quodammodo & stupidam ciborum excitaret appetentiam, uoracioresq; impendio illius usu efficerẽtur homines & magis bibaces: quæ duæ res superfluorum corporibus copiam redundantiamq; efficere maxime solent. Aristagoræ enim inquit opinio, quam hoc in loco de sale affert: ridendam prorsus abstinentiæ causam adducere uidetur: qui ideo Ægyptios sacerdotes sale abstinuisse: quia impurum id esset, prodidit: impurum uero esse sal: quoniam dum in salinis congelascit, multa ex paruulis animalibus coitione interimat sua. Non

De sacerdotũ Aegyptiorũ abstinentia

Cur sale Aegyptij sacerdotes abstinebant

Aristagoras

enim inquit quia impurum sit sal: sed quia impuros se utentes efficeret: ideo illo abstinuisse Ægyptios sacerdotes uerisimilius existimari potest.

Quod Aegyptiorum antiquissimi reges uino abstinuerint, & quamobrem, & quod Aegyptij sacerdotes à cepis abstinebant. Cap. XXII

Antiquos Aegyptiorũ reges uino abstinuisse Hecatæus

AEgyptiorum antiquissimos reges cum alijs plerisq; quæ in promiscuo uitæ sunt usu: tum uino etiam perseuerãter abstinuisse, autor est Hecatæus, qui rebus etiam sacris illos præfuisse dicit: cum ijdem apud Ægyptios & reges essent & sacerdotes: uino tamen illos in sacris deorũ cerimonijs usos, meroq; libasse, idẽ autor asserit, non tanquam cœlestibus gratam se rem offerre crederent: sed ueluti illorum qui contra deos arma mouissent: sanguinem propinantes, eoq; se modo deorum gratiam & fauorem aucupari existimãtes. Gigantũ enim à dijs interfectorum sanguine humi profuso: uitium pullulasse germina Ægyptij asseuerabant. Quamobrem uino epoto homines amẽtes effici: & in furorem haud ab re uerti dicebant: quoniam impie admodum & crudeliter nullo respectu maiorum suorum effusum potarent cruorem. Cæterũ à Psammitico primum rege uinum regalibus adhibitũ fuisse mensis: & ab ijsdem potari cœptum: quod tamen mensura quadam ex sacris illorũ literis præfiniretur, Eudoxo teste Plutarchus memoriæ prodidit. Qui etiam eosdem illos,

Vites de Gigantũ sanguine enatas

Psammiticus rex

los, omnesq; insuper Ægyptios sacerdotes cepis constantissime semper abstinuisse dicit: non ideo quia Dictys (ut plerique uulgo ferunt) Isidis alumnus: dum has in Nili ripis enatas extrahit, amne mersus extinctusq; sit. Fabulosum enim isthuc uerocq; haud cõsentaneum esse uidetur: sed quoniam sola ex bulborum genere cepa, decrescente (ut aiunt) luna, cõtraria syderis affectione augeri & excrescere perhibeat. Quæ præterea neq; continentioris uitę hominibus: neq; hilaritatis gen̄q; munia obeuntibus satis commoda & habilis esse uidetur. Siquidem se uescentes siticulosos efficit & salaces, lachrymasq; nedum commanducata uberes, sed contrectata etiam nullo negocio elicere consueuit.

Cur cepis sacerdotes Aegyptij abstinent

Dictys Isidis alumnus

De tribus sororibus Athenienſibus apud quas Cererem diuertisse ferebant, & de illarum furore & interitu. Cap. XXIII

APud Heersam Athenis eiusque sorores Agraulon & Pãdrosson Cererem olim diuertisse Athenienses ferunt, illisq; cistulam quãdam clausam & obsignatã tradidisse, in qua occultus latebat Erichthonius, iussisseq; insuper ne cistellã aperirẽt illam, aut quid in ea latitaret curiosius perscrutari uellent. Cęterum discedente postmodum inde dea, Pandrosson quidem illius obtemperauisse præceptis, reliquas uero duas spretis deæ monitis, cistulã aperuisse Erichthonium q; in illa cubantem aspexisse ferunt. Quãobrem furore per-

Heersa Agraulos Pandrosos

Athenarum arx à Persis capta

citas illas rapido cursu amentes in Athenarũ arcem delatas fuisse, & qua maxime præruptus esse dicitur mons, sese præcipites in caput dedisse perhibent, ab eaq; postea rupis parte sequentibus seculis fama est, ascendentibus Persis Athenarum captam fuisse arcem, à quibus cæsi (ut aiunt) illi fuere, qui oraculum id de ligneis muris, aliter quàm Themistocles interpretati sunt, cum ipsam arcem uallo ligneisq; parietum propugnaculis muniuissent, eoq; se modo Apollinis oraculo abunde satisfeciſſe credidissent.

Quod senes Satyri Sileni sunt appellati, & de Satyris illorumq; libidine. Cap. XXIIII

Senes Satyri Sileni appellati

SIlenum liberi patris alumnum & eiusdem assiduum comitem, Satyrum fuisse, eoq; nomine proue-ctioris ætatis Satyros etiam omnes fuisse appellatos apud ueteres plerosq; rerum scriptores in confessis habetur. Cæterum ubi nam terrarum ij reperiantur, & quod sit huiusmodi satyrorum tam rarum tamq; insolens genus: pluribus admodum non liquet, unus quod sciam post Plinium qui illos in Subsolanis Indorum montibus degere scribit, perniciſſimum adeo humana effigie animal, ut propter uelocitatẽ nisi senes aut ægri capi non possint. Pausanias isthæc de illis audisse se refert. Ait enim Euphemum quendam probatæ fidei uirum aliquando sibi narrasse, quod dum in Hispaniam nauigaret, & uentorũ aduersis flatibus à cursu deiectus

Plinius secundus

Pausanias De Satyris

suo

ſuo in exteriorẽ delatus fuiſſet oceanũ, multosq; haud quaquam ponente uento continenter nauigaſſet dies, ad deſertas quaſdam eo loci inſulas tandem peruenisſet, in quibus ferino truciq; aſpectu ſylueſtres habitarent homines. Corporibus enim illos fuiſſe hirtis, pilorum colore ſubruffo, caudasq; equinis, haud multum minores ponè habuiſſe. Hos poſteaquàm illuc aduectos uidiſſent nautas, ocyus omnes ad extremum accurriſſe litus dicebat: uocem quidem nullam, uerum informem quendam & inarticulatum emittentes ſtridorem. In fœminas autem quæ caſu naui uectabantur illa, adeo furioſo delatos fuiſſe impetu prodidit: ut ægre ab illis uerberibus etiã & plagis abigi abſterreriue poſſent. Quamobrem id ipſum ueritos nautas, naui quidem in altum retracta ipſos in anchoris ſtetiſſe, Barbaram uero quãdã mulierẽ quã ſecũ habebãt: in litus expoſuiſſe: in qua omni poſtea cõtumelia debacchantes Satyros quacunq; etiã corporis parte furenti appetita libidine, ſe uidiſſe affirmauit: Satyrorũ aũt eas inſulas, â nauigãtibus appellatas eſſe, idem Euphemus dixit. *Satyrorum furioſa libido*

Quod Theſeus Neptuni filius non Aegei fuiſſe dicitur illiusq; rei teſtimoniũ, de Theſei interitu uariæ ſententiæ. Cap. XXV

THeſeum Neptuni & Æthræ filium fuiſſe, quãuis ab omnibus ferè Ægei putaret, uel hoc maxime indicio qui Athenienſium fauent gloriæ autores conſtanter

Minos Theseus Peribœa uirgo

stanter affirmant. Cum enim à Minoë aliquando (ut aiunt) cum reliquis Athenienſium ingenuis pueris in Cretam delatus fuiſſet: inter quos Peribœa etiam exi/mia forma aderat uirgo, quã perdite Minos amabat: & eo in amore Theſeus illi omni ſtudio acriter refra/gari uideretur/ob idq; ſubiratus Minos ut illum è me/dio tolleret/falſo eum Neptuni filium per cõtumeliam uocari dixiſſet;nam ni hoc inquit eſſet/quid te nũc pro hiberet gemmam eam quam in mari nuper amiſi (de/dita autẽ opera illam proiecerat)à pelagi profundo pe tere,& ad me inuentã referre? Quo audito/ Theſeum, ut erat/ præcipitem ſeſe in mare dediſſe, paulo q; poſt aurea redimitum corona, gemmam q; manu tenẽtem/ emerſiſſe, & illam admiranti Minoi reddidiſſe ferunt.

De Theſei interitu uariæ ſententiæ

De illius autem interitu uaria/nec ſibi undiq; conſtans eſt fama. Qui enim hanc rem fabuloſius narrare cõſue uerunt/ Theſeum cum Perithoo dicũt cum ad inferos, ut inde Perſephonẽ à Ditis thalamis abſtraherent de/ſcendiſſent,deprehenſos ibi & in uincula cõiectos nuſ/quam ad ſuperos poſtea reuerſos fuiſſe, licet nonnulli aliter aſſerant, eouſque apud inferos illos fuiſſe deten/tos, quoad Hercules illuc accedens illos à uinculis ſol/uit, & ad ſuperos reduxit. Alij autem qui ueriſimilius hac ipſa de re tractaſſe uidentur, Perithoum ferunt uxorem Theſprotiorum cuiuſdam tyranni efflictim amantem, ut eam ui & armis auferret illuc cũ Theſeo profectum

profectũ fuiſſe/ambosq; poſtea re ab illis animaduer/ſa deprehenſos & in uincula coniectos/diligenti cuſto/dia in Cichyro Theſprotiorum oppido ſatis diu deten tos & obſeruatos fuiſſe. Cæterũ cum in eo regionis tra ctu Acheruſia nomine palus, & Acheron fluuius fuiſ/ſe perhibeantur, aquula quinetiam eo loci quædam ui/ſu dira potuq; iniucunda ſcaturiſſe dicatur, quam Co/cyti latices accolæ uocabant, non ab re ideo fabulæ oc/caſionem præbitam, & inferorum inde emanaſſe com/menta haud temere quiuis ſuſpicari poterit. Interea ue ro dum apud Theſprotios Theſeus diſtineretur/Tyn/darei fama eſt liberos ui Aphidnam expugnaſſe ciui/tatem, indeq; abducta Helena ſorore, quã pridem ra/puerat Theſeus/ urbem illam Meneſtheo Theſei filio qui cum patre non bene conuenire uidebatur/haben/dam tradidiſſe. Qui populo poſtea ſibi liberalitate/om niq; officiorũ genere impenſius conciliato/ redeuntem ſub hæc à captiuitate parentem regnumq; ſuum poſt/liminio repetentem/ ingrate impieq; expuliſſe dicitur. Quamobrẽ ea delapſus ſpe Theſeus, dum in Cretam domo profugus nauigare contẽdit, contrarijs depulſus procellis/ad Scyrum peruenijſſe inſulam fertur/ibi cum Scyrij illum tum generis nobilitate & extimatiõe, tum rerum ab illo geſtarũ gloria magnifice promptecq; ſu/ſcepiſſent, Lycomedes inſulæ tyrannus, hac re permo/tus, ſimul de imperio ſuo ueritus/compoſitis clàm inſi/

Acheruſia palus apud Theſprotas

Tyndarei liberi Aphidnã expugnãt & Helenam abducunt.

Meneſtheus Theſei filius

Lycomedes

u dijs

Cimon Milciadis Theſei necis ultor

díjs dolo illum interfeciſſe perhibetur. Quamobrẽ Cimonem poſtea Milciadis filium necis illius pœnas expoſcentem, Scyrum euertiſſe, & Theſei oſſa inde Athenas comportaſſe ferunt.

De Hylli Herculis filij in Lydia inuentis oſſibus, item de Protophanis Olympionicæ corpore & Aiacis apud Ilium repertis oſſibus. Cap. XXVI

IN Lydiæ ciuitate quam Temeni portas accolæ uocabant, ſpecu quodam ui tempeſtatum, aquarumq; colluuie diſrupto, hominis oſſa ſe uidiſſe Pauſanias refert, quæ omnem facile fidem magnitudine ſuperabãt ſua, quod cadauer Geryonis nõnulli, ſed eruditiores tamen eius loci accolæ, Hylli quem Terræ filium fuiſſe dicunt, & à quo uicinus amnis Hyllus eſt appellatus, conſtanter eſſe aſſeuerabant. Herculem quinetiã ferebant ob gratam cum Lydia Omphale cõſuetudinis memoriam de huius nomine filiũ Hyllum appellaſſe. in Magneſia præterea idem ſcribit autor, cum Protophanis illius qui Olympiæ eodem die bis uictor fuit, Pancratijq; & Luctæ geminas accepit coronas, tumulum nocturni quidam fures ſuffodiſſent, ſe poſtea cum multis ingreſſum, eiuſdem inſpexiſſe cadauer, cuius thorax nullo coſtarum diſcrimine (ut cæteri ferè ſunt omnes) diſtinctus eſſet, ſed ab ipſa humerorũ compage ad minores uſq; coſtas, quas ſpurias medici uocãt, perpetuo cõmunitus oſſe uiſebatur. Nam de Aiacis apud Ilium inuentis

Hylli corpus

Hercules Omphale Hyllus

Protophanes bis eadem die Olympiæ victor

Aiacis apud Ilium reperta oſſa

inuẽtis ossibus/cuius genu patella/ puerilis disci magnitudinem facile æquaret,à Myso quodã probato & frugi homine se audisse scribit. Qui marinis fluctibus dis/iecta secundum litus/ eius tumuli parte/in illum uisendi causa se penetrasse/ & omnia diligentissime perspexisse asseuerauit.

De Marathonio tauro à Theseo interempto,& Androgeo Minois filio. Cap. XXVII

DE Marathonio tauro quem Theseus in Athenarum quondã arce compulsum Palladi immolasse dicitur,hæc ferè sunt,quæ Atheniẽses memoriæ prodiderunt. Neptunum Minoi succensentem ferunt, eo quod insularum & maris dominus, nullum sibi ille exquisitiorem offerret cultum/ agrestem taurum in Cretam misisse,qui culta omnia & arbores passim deuastaret:hunc postea Euristhei iussu captum uinculisq; præpeditũ Hercules ex Creta Argos detulisse perhibetur, unumq; ex duodecim hunc illi aiunt exantlatum fuisse laborem. Inde cum disruptis postmodũ uinculis ausugisset/perq; Corinthiũ delatus Isthmũ in Atticam penetrasset,& in campis crassaretur Marathonijs,& alios ibi cõplures,ut quẽq; sors illi casus ue obtulerat,& Minois filiũ Androgeũ interfecisse dicitur. Quãobrem Minoem postea cũ id sibi infortuniũ nõ sine Athenienſiũ eueniſſe culpa crederet,magna ferunt classe adnauigantẽ,Atticæ eousq; regionis fines igni ferroq; deuastasse,

Marathonius Taurus

Androgeus Minois filius

quoad percusso de more fœdere Athenienses, septem illi pueros totidemq; puellas quotānis in Cretam mittere, Minotauroq; destinare pacti sunt. Inter quos statim electus Theseus deuicto Ariadnæ opera & interfecto monstro, domum cum reliquis incolumis peruenisse dicitur, qui postmodum Taurum etiam illum (ut dictum est) Palladi immolauit.

De Nemesi Rhānusia & illius simulachro, & ex quo sculptum sit lapide, & illius forma. Cap. XXVIII.

RHamnus Atticæ regionis mari adiacens fuit pagus, in quo Nemesios celebratissimum olim fuisse templum memoriæ proditum est, unde Rhamnusia Nemesis peruagatissimo apud omnes ferè cognomine est appellata. Cæterum hæc inter reliquos præcipue deos, contumeliosis & elatæ mentis hominibus succensere, illosq; iuste persequi & punire perhibetur. Quam obrem Persas etiam ferunt ad Marathonē descendentes, Græcosq; omnes præ se nihili facientes, Lapidem quinetiam Parium secum apportantes ut celebre de capta Græcia trophæū erigerent, numinis huius iustam incurrisse indignationē, meritasq; postea pœnas strage sua persoluisse. Lapidem postmodo illum à Phidia perhibent in deæ similitudinē effigiatum, apud Rhamnusios in Nemesios templo religiose collocatum, & cultum fuisse, cuius in capite quidem corona inerat paruis uictoriolis, ceruorumq; undiq; distincta sigillis. In dextra

Rhamnusia Nemesis

Persarum elatio

Phidias

Nemesios simulachrum

xtrà uero ſimulachri manu exiguis Æthiopũ imagun/culis uiſebatur guttum, nam ſiniſtra porrigenti ſimilis frondentem mali ramum continuiſſe dicitur.

De Marathone heroe, item Echetlæo heroe qui Milciadi & Athenienſibus in pugna ſuffragatus eſt. Cap. XXIX.

APud Marathonios Atticæ regionis accolas/poſt Herculem & Marathonem heroem à quo pago illi inditum fuiſſe dicitur nomen / Echetlæus inter pri/mos colebatur heros. Cæterum quiſnam fuerit is/ aut unde ſua traxerit exordia,adeo temporibus etiam illis in abditis fuiſſe uidet, ut nullus hac de re/quod ſciam/ autor quippiam ſcriptũ reliquerit. De nomine tamen illius,primaq; ſacri cultus origine/ iſthæc Athenienſes memoriæ prodiderunt. Cum Græciam Perſæ inuaſu/ri omnem,Athenarumq; in primis urbem euerſuri,eo loci nauibus applicuiſſent,Atheniẽſesq; Milciade du/ce cum Plateenſibus & ſeruorũ quadam manu, qui eo in bello primum in militiam conſcripti fuiſſe dicuntur/ illis occurriſſent,& aciebus utrinq; rite inſtructis/equis adhuc pugnarent uiribus, periculoſumq; pugnæ illius ſuperantibus multitudine barbaris/ eſſet diſcrimen,in/ter illos quendã effigie,reliquoq; corporis habitu agre ſti ſimilem apparuiſſe hominẽ ferunt/aratro quod ma nu geſtabat,barbarorum acies proſternentẽ:quem ta/men poſtea cõfecto eius maxime opera bello/diligen/ter quæſitum nuſquam comperiſſe dicũtur. Hac ſuper

Marathon heros Echetlæus heros

re postmodum cum Apollinem Athenienses consulu/issent/ illis solum isthuc à Pythia responsum fuisse dici tur,ut Echetlæum uidelicet colerēt heroem, Armorum quo eo in bello usus est genere/deo illum & nō alio no mine significare uoluisse uolente. Echetlem enim Græ/ci aratri manubrium quod nos stiuam dicimus/uocare consueuerunt. Cæterum ut id etiam obiter nō fileatur/ quo pugnatum est loco sequutis tēporibus armorum strepitus/& equorū hinnitus,concurrentiumq; insuper clamores hominum similes/ noctibus singulis exaudi/ri solitos Pausanias refert, pluribusq; id dedita opera curiosius perscrutari uolentibus/haud paruo diligenti/am stetisse suam scribit. Cum tamen rei illius ignaris illuc forte,ut fit/accedētibus, nihil unquam aduersi eue nisse dicatur.

De decem Athenienſium iudicijs, & eorum nominibus, & de ijs quæ in illis agebantur. Cap. XXX

De decem Athenienſiū iudicijs.

DEcem apud Athenienses distinctos iudiciorum fuisse cōsessus,memoriæ proditum est.Et primus quidē, isq; apud omnes celebratissimus Arius pagus

Arius Pagus

à Martis iudicio est nūcupatus, qui eo loci à Neptuno ob Halirrhothyi filij cædē accusatus/omnibus est om/nium suffragijs absolutus,quoniam is Martis (ut aiūt)

Alcippa Martis filius.

filiam Alcippem ui constuprasse dicebatur, quo post/ea in loco Orestes etiā capitis dixisse causam, & à ma/tris cæde absolutus fuisse perhibet. Eo in iudicio uerba

Oreſtes

facturus

facturus procœmijs (ut aiũt)& perorationibus uti clara præconis uoce interdicebat, nudamq; totius rei & simplicem narrationis seriẽ tantũmodo proferre iubebantur. Ferunt quinetiã eo in loco noctu & in tenebris causas actitari solitas fuisse, ne cuiuspiã miserãdus (ut solet) aspectus, squalorq; & procidentes lachrymæ iudicum mentes à recta, ut aiunt, semita detorquerẽt. Geminos præterea in quibus accusator & reus insisterent, argẽteos fuisse lapides perhibent, quorũ alterum cõtumeliæ, impudentiæ alterũ appellabant. Secundus iudiciorũ locus ad Palladium est nũcupatus, in quo de capitalibus etiã disquirebatur causis, sed ijs duntaxat quæ nulla patrantis culpa, casu aliquo, aut errore fuerant consecutæ, huius autem iudicij nominisq; ratio talis fuisse perhibetur. Diomedem ferunt euersa Troia domum redeũtem noctu ad Phalereũ Atticæ regionis portũ applicuisse, ignarisq; omnibus & quonam locorum essent penitus ignorantibus, tanq; in hostilem terram cum suis descendisse, quo statim cõperto Demophoontẽ tumultuaria suorum coacta manu, ocyus illuc aduolasse, plurimosq; Argiuorũ, dum hostes credit, interfeciisse, & Palladium quod secum adduxerãt illi abstulisse ferunt. Qua in pugna cũ Atheniẽsem quendã inscius Demophoon equo prostrasset suo & interemisset, inuoluntariæ cædis eo loci quo Palladiũ collocauerat postea dixisse causam phibet. Alius iudiciorũ confessus ad Delphiniũ uocabatur quo

Palladij iudicium & eius origo

Diomedes

Demophoon

Delphinij iudicium

quo in loco capitales etiam decernebantur cauſæ, illorum uidelicet qui legitime aliqua ratione permoti cædem ſe iure patraſſe profitebantur, ubi Theſeus omnium primus, cum Pallantem eiusq; filios interemiſſet omnes, & iudicatus, & abſolutus fuiſſe dicit, quoniam Theſeum ferro appetiſſe priores illos conſtabat. Fuit etiam in Prytanæo iudicũ locus, ubi ferrum, & omnia etiam inanima cum quibus patrata fuiſſet cædes, iudicium ſubiiſſe dictum eſt, quo in loco quotannis celebre ſecuris illius cauſa agebat, quæ Erechtheo Athenis imperante bouem primum ad aram mactaſſe dicebatur. Cum enim ſacerdos quem illi βοφόνον uocabant, boue percuſſo, & humi ſtrato relicta ibi ſecuri, ocyus ex Attica aufugiſſet non comparente homine, ſecurim in iudicio tunc primũ Athenienſes conſtituiſſe perhibentur, ex quo illam poſtea quotannis iudicandi ſolennis inoleuit conſuetudo. Alius præterea iudiciorũ fuit conuentus non longe à Piræo apud Phreatin maritimum Atticæ uicũ, quo in loco ſiquis patria extorris alicuius deinceps criminis quod in exilio patraſſet inſimulare tur, & ſe excuſare uellet, ad iudices in littore conſidentes, ipſe è nauigio cauſam ſuã dicere ſolitus fuerat, primumq; Teucrum eo uſum fuiſſe defenſionis modo dicunt, cum Telamoni patri ſuam ſuper Aiacis cæde innocentiam excuſaret. Cæterũ maximũ omnium apud Athenienſes iudicium ad quod & plures cõcurrebant homines,

Iudicium in Prytanæo

Securis cauſa quotannis Athenis actitari ſolita

Iudicium in Phreati uico

Telamon Teucrus

homines, & in quo de maximis agebat rebus/Heliæa est appellatum. Namq; is cõfessus qui ab illis Parabystus est dictus, & is etiam qui trigonũ à figuræ forma est nuncupatus,& in semotis urbis locis/ & infrequẽtes fuisse,minoribusq; in causis iudicasse/perhibẽtur. Duos præterea alios iudiciorum etiam Athenis fuisse conuentus fama est,quorum alterum Batrachium/Phœniceum alterum, utrumq; à colore appellatos fuisse constat. Cæterum quæ nam ibi decernerentur agerẽturq; causæ/nullus,quod sciam/ueterum autorum memoriæ prodidit.

Iudicium Heliæa.
Parabystus iudicium.
Trigonium iudicium
Phœniceum

Quæ de Helenæ interitu Rhodij memoriæ ꝓdidere, præterea quæ de ipsa Helena Imeræi dixerunt, & historia de Leonymo Crotoniate & Imeræo Stesichoro. Ca. XXXI

DE Helenæ interitu Rhodij à Lacedæmonis nonnihil dissentisse uidentur.Ii etenim Helenam Lacedæmone diem suũ obijsse, & in Therapne Laconiæ ciuitate à Lelegis filia Therapne sic appellata tumulatam cum Menelao coniuge fuisse dixerunt,Rhodij uero post Menelai mortem/furẽte adhuc Oreste & erroribus uago/Helenam dixerunt à Nicostrato & Megapẽthe Menelai liberis,domo patriaq; expulsam,Rhodum ad Polyxam quam & Polyxenam nonnulli uocauerunt Tlepolemi uxorem eius / qui apud Ilion à Sarpedone Lycio fuerat interfectus, cum qua ueteris sibi ius amicitiæ intercesserat/aliquando peruenisse.Fuerat

Quæ Rhodij de Helenæ interitu dixerunt.
Nicostratus & Megapenthes Menelai liberi.
Polyxa Tlepolemi uxor

enim Argiua genere Polyxa, fugientemq; sequuta Tlepolemum Rhodũ cum illo peruenerat, eamq; insulam defuncto uiro impubẽ educans natum imperio administrabat. Ad hanc cum Helena antiqui fiducia hospitij diuertisset, Polyxam ferũt Tlepolemi necis meritas ab illa pœnas exigere cupientẽ, furiarum habitu ministras suas & famulas ad illam in intima ædium parte se lauantem immisisse, quæ sublimem illam raptantes, ex arbore quadam suspẽdisse feruntur. Quamobrẽ apud Rhodios Helenæ cognomẽto Arboreæ celebre post ea fuisse templum perhibetur. Cæterum alia sunt & ab ijs diuersa penitus, quæ de ipsa Helena Crotoniatæ & Imeræi memoriæ prodiderunt. Ferunt enim illã apud Euxinum Pontum cum Achille heroicã degere uitam in insula quadam Leuca nomine, quæ in mare exeunti Istro amni è regione opposita esse dicitur. Est autem hæc stadiorum (ut aiunt) circiter uiginti ambitus, syluestris tota & arboribus densa, omniq; animalium genere referta, cuius in medio Achillis templũ cum illius simulachro fuisse perhibetur. Ad hãc primos Crotoniatas Leonymo duce nauibus aliquando applicuisse fama est, cuius rei causa altius repetẽtibus huiusmodi fuisse dicitur. Cum Crotoniatæ aliquando cum Locrensibus ijs qui in Italia degunt dissidentes acie decertarent, Locrẽses ferunt ob antiquam generis affinitatem quã cum Opuntijs se habere iactabant, Aiacem Oilei, ut sibi

Helenæ Arboreæ templum. Quæ Crotoniatæ & Imeræi de Helena dixerunt.

Leuca Euxini insula

Leonymus Crotoniata

ut ſibi auxilio eſſet ſupplicibus uotis inuocaſſe. Quamobrem Leonymus Crotoniatarum dux dum ad eam aciei partem qua inuocatus fuerat Aiax ſeſe audacter opponit pectore in medio altum accepiſſe uulnus dicitur, à quo cum nullis poſtea medelis conualeſcere poſſet humana deſtitutus ope, Delphos petiſſe, & Apollinem hac ſuper re conſuluiſſe fertur: cui reſpondiſſe Pythiam dicunt. Non aliter illum uulneris remediũ reperturum niſi Leucam peteret inſulã: ibi enim ſe Aiacem offenſurum, qui ſolus id uulneris curare poſſet. Quod Apollini parens magna cum ſpe & proſpero rei euentu feciſſe dicitur, Leonymus, qui domum poſtea incolumis & integer rediens, ſe Achillẽ eo loci uidiſſe duoſq; Aiaces Telamoniũ, & Oileum Patroclumq; inſuper, & Antilochũ ciuibus palàm ſuis narraſſe perhibetur. Helenã præterea quæ cum Achille degebat coniuge ſe alloquutũ fuiſſe dixit, quæ inter alia mandaſſet illi, ut domum reueniens ad Imeræũ Steſichorũ diuerteret, eiq; palàm nũciaret, ideo luminibus captũ fuiſſe, quoniam impie in ſe probra iactaſſet. Quamobrem commotum eo nuncio Steſichorum Palinodiam in illius laudes ceciniſſe, & uiſus rurſum aciem recepiſſe ferunt. *Steſichorus Imeræus.*

De templo Dianæ cognomento Salutari in agro Megarico, & de nominis illius cauſa. Cap. XXXII

IN agro Megarico celebre Dianæ fuiſſe dicitur templum quã Σωτείραν, id eſt, Saluatricẽ appellabant. *Templum Dianæ Salutaris*

Huius autem cognominis ratio talis ab Atheniẽsibus fuisse perhibetur. Cum expedita quondam Persarum manus, eorum uidelicet qui Mardonio duce in Græciam uenerant/ Megaricum ingressi agrum cæde omnia & incendijs late deuastassent, & ad reliquum apud Thebas considentem exercitum Mardonijq́ castra redire postea uellet, noxq́ redeuntes inlunis oppressissent & nubila, Dianæ permissu recta illos semita aberrasse, & montanam regionis illius uiam asperam prorsus & difficilem ingressos fuisse ferunt. Ibiq́ cum mentis errore commoti, & panico (ut aiunt) terrore confusi hostium adesse crederent acies/ totam ferè noctẽ aduersus quandam è regione petram iaculantes perstitisse feruntur, quæ cum genitum percussa quẽdam humano similem reddere uideretur, acrius illorum animos ad se feriendum stimulabat/ cum illi iaculis & missilibus hostilem se cædere & conficere exercitum proculdubio existimarent, adeo ut eo animi errore & missilia abijcerent omnia, & gladios telorumq́ insuper genus omne, hebetata ictu crebro mucronum acie/ sibi penitus inutile redderent. Orta autem luce cum se ij animi uanitate delusos tandem fuisse animaduerterẽt, stupidiq́ adhuc & amentes perstarent, concurrentibus undequaq́ loci illius accolis/ inermes & fessi/ ab integris & armatis ad unum omnes interfecti fuisse dicuntur. Huius postea uictoriæ gratia Megarenses celebre Dianæ templum

Mardonius

eo loci

eo loci constructere, & ad perpetuam posterorum memoriam Saluatricis illam cognomine insigniuere.

De canoro lapide Megaris in arce & Memnonis statua. Cap. XXXIII

MEgaris in arce illa quæ ab Alcatho cõditore Alcathea est appellata, lapidem quendam fuisse Pausanias scribit, qui lapillo aliquo uel huiusmodi alia contactus re citharæ similem ex sese sonum reddere solebat, quoniam fabricanti (ut aiunt) Alcatho operam præstans suam Apollo, super illum citharam deposuisse fertur. Cæterum mirandam admodum & rarioris exempli rem apud Ægyptias Thebas se uidisse idem autor refert. Statuam enim colosseam sedentis effigie ibi fuisse dicit, quam alij Æthiopis Memnonis, alij Sesostrij Ægyptiorum fuisse regis autumant, quæ licet superioribus seculis à Cambise difracta humiq; disiecta esset, exoriente tamen quotidie sole stridorẽ quendam ex sese, tanquam si lyræ aut citharæ tensæ disrumperentur chordæ perspicue soleret reddere.

Alcathus

Lapis canorus Megaris

Memnonis statua

Coræbi Argiui historia non uulgaris. Cap. XXXIIII

QVæ de Coræbo eiusq; apud Argiuos rebus gestis memoriæ tradita sunt, huiusmodi ferè fuisse perhibentur. Crotopus Argiuorum tyrannus Psamathem filiã habuit, ex qua & Apolline genitus aliquando infans, dum illum patris timore puella clàm exposuisset à canibus dilaniatus fuisse dicitur. Quamobrem

Crotopus Psamathe

iratus Apollo pœnam, id est, laruam Argiuis immisit, quæ palàm lactẽtes à matrum etiam uberibus pueros rapiebat, hanc uir quidam Coræbus nomine in Argiuorum gratiam ui captã interfeciſſe dicitur. Sed ſtatim ualida, ut ferunt, peſtis uniuerſam Argiuorũ regionem inuaſit, paſſimq; nullo penitus remedio omnis abſumebatur ætas, cumq; in dies id excreſcere uideret malum, ſpõte ſua Coræbus meritas pro patrata cæde pœnas Apollini ultrò perſoluturus Delphos petiſſe fertur. Cæterũ Pythia illum quidem Argos amplius redire prohibuit, ſacrum uero Tripodem inde ablatum ſecum aſportare iuſſit, eoq; loci quo is forte fortuna deciderat tripes, illi mandauit, ut templo Apollinis ædificato ibi ſedes figeret ſuas, & cum liberis & uniuerſa familia poſtmodũ habitaret. Accidit autem ut dum per Geraniam agri Megarici montẽ iter faceret Coræbus illi fortuito quẽ geſtabat tripes humi decideret. Quamobrem deo parens ibi conſtitit, pagũq; Tripodiſcũ nomine cõſtruxit, eamq; ſibi & poſteris etiam ſuis domicilij ſedem eſſe conſtituit. Huius autẽ Coræbi ſepulchrum Megaris foro in medio ſe uidiſſe Pauſanias ſcribit.

Coræbus

Tripodiſcus pagus

De Medeæ filijs à Corinthijs lapidibus obrutis, eiusq; rei conſequuta ultione, & de Medo Medeæ filio. Cap. XXXV

Mermerus & Pheretes Medeæ liberi

COrinthi iuxta Glauces appellatum fontem, quà Sicyonẽ recta erat iter, Mermeri & Pheretis Medeæ

deæ filiorum uisebatur monumentum, quos lapidibus à Corinthijs obrutos ob matris letalia munera, quæ olim Glaucæ ferenda acceperãt, eo loci tumulatos fuisse ferunt. A' Glauce autẽ illa uicinus fons est cognominatus, quoniã subitis correpta ignibus Glauce ardens in illum desiluisse dicitur. Cæterum ob uiolentam iniustamq; puerorum cædem fama est Corinthiorũ infantes eousq; ab ijs necari solitos fuisse, quoad iubẽte deo parentationibus sacrisq; quibusdã quæ quotannis fiebant illorum expiatis manibus, id cessasse dicitur malum, sacris autem in illis Corinthiorum pueros detonsis crinibus pullatos processisse, simulachrumq; quoddam muliebre formidolosam maxime in effigiẽ ornatum, circumferri solitum memoriæ proditũ est. Ea autem tempestate Medea Athenas peruenisse, & Ægeo Athenarum tyrãno nupsisse fertur, à quo suscepto filio nomine Medo cum insidias postmodum in Theseum & Ægeũ ipsum struens deprehẽsa fuisset sublato clàm filio in Ariam aufugit regionẽ, quæ ab illius filijq; post ea nomine futuris seculis Media est appellata.

Fons Glauces

Aegeus Medeam in uxorem accepit.

Media à Medeæ filio Medo appellata

Theseí & Helenæ Iphigeniam fuisse filiam, & de celebri Ilethiæ phano. Cap. XXXVI

Theseí & Helenæ Iphigeniã filiã fuisse Euphorion Chalcidensis. Alexander Pleronius

THeseí & Helenæ Iphigeniam fuisse filiam, & non Agamemnonis & Clytemnestræ, ut pleriq; autumant, Chalcidensis Euphorion, & Alexander Pleronius in poematibus suis memoriæ prodiderunt. Quibus

bus etiam Steſichorus Imeræus,& Argiuorũ antiqua
Ilethiæ phanum conſentit hiſtoria,apud quos celebre Ilethiæ deæ,quæ puerperijs præeſſe dicebatur phanũ, iuxta Caſtorum templũ uiſebatur,quod Helena dicitur extruxiſſe. Theſeo enim qui Helenam rapuerat, & Perithoo apud Theſprotios captis, & in uincula coniectis, Caſtorem & Pollucem Aphidnam urbem ui expugnaſſe ferunt, indeq; abductam ſororem Helenam Lacedæmonem adduxiſſe,quæ in utero habens Argis eo loci quo poſtea Ilethiæ templum conſtruxit, infantem puellam peperiſſe dicitur quã Clytẽneſtræ ſorori iam apud Agamemnonem uirum degenti clàm educandam tradidit, & ideo Agamemnonis Iphigeniam fuiſſe filiam creditum eſt: ipſa autem poſtea Helena pro uirgine Menelao nupſiſſe perhibetur.

De Hippocrenes fonte apud Trœzenios, & de Oreſtis diuerſorio. Cap. XXXVII

HIppocrenes fontem qui à Pegaſi ungulæ applauſu ſcatũriſſe dicitur, apud ſe eſſe Trœzenij conſtanter affirmare ſunt ſoliti,Bellerophõtem enim Pit-
Bellerophon *Pittheus* *Aethra* thei filiam Æthram ſibi in matrimoniũ expoſcentem, prius quàm Corintho excideret, Trœzenem cum Pegaſo acceſſiſſe ferunt. Cuius etiam fontis aqua Oreſtes poſtea à matris cæde Trœzeniorum quorundam miniſterio expurgatus fuiſſe perhibetur,ſiquidẽ non procul ab eo fonte ædes quædã oſtendebatur,quam Oreſtis

ſtis accolæ diuerſorium uocitabant: illo enim in loco cædis reus & maternis agitatus furijs cũ uagaretur Oreſtes, nullusq; illum domi ſuæ ſuſcipere auderet, errore & laboribus feſſus acquieuiſſe dicitur, ad quem Trœzeniorum accedentes uiri illum cum alijs quibuſdã tum aqua ex Hippocrene fonte hauſta expurgaſſe perhibentur, multisq; poſtea ſeculis inoleuit mos, ut ſtatis quibuſdam diebus quotannis illorum continenter poſteri illuc accedentes, feſta quædã conuiuia & ſolennes ludos celebrarent. Ferunt quinetiam ante diuerſorium illud antiquam fuiſſe laurum, quæ ex libaminum excrementis eo loci humi defoſſis pullulaſſe dicta eſt, quam ad ſua uſq; tempora perduraſſe autor eſt Pauſanias.

Oreſtis diuerſorium

Laurus antiqua

De ſalſis apud Trœzenem fontibus, & quæ ad Noti iniuriam illius loci accolæ obſeruare ſolebant. Cap. XXXVIII

METhana Trœzeniorũ maritimum fuit oppidum, cuius in agro aquarũ calidi ſcaturiebant fontes, qui Demetrij Macedonum regis tempore primũ emanaſſe dicuntur. Verum non ſtatim latices (ut aiunt) exiere, ſed flamma aliquandiu diſrupta tellure, continuis arſit ignibus, qua demum extincta calidi & ijdem perquàm ſalſi aquarum fontes exiliere. In illo etiam regionis tractu contra Noti flatus iniuriam, qui ex Saronico ſpirans ſinu uitium germinantes exurere dicebatur oculos, præſentaneum hoc remedium loci illius accolæ

Salſi fontes. Contra Noti iniuriam ad præſeruandas uites

adhibuisse perhibentur. Flante enim adhuc uento gallum gallinaceum albis conspicuum pennis uiri duo in diuersa trahentes discerpebant medium, frustumq; illius utercp manu retinens uineta perlustrabãt omnia. Cumq; rursus circuitu peracto ad eum ex quo mouerant locũ ambo redirẽssent, gallinacei partes illas humi defodiebant, eoq; modo ingruentis calamitatẽ Austri certissimo semper experimẽto declinasse perhibentur.

De Hyrnetha Temeni filia eiusq; interitu rara historia. Cap. XXXIX

Hyrnetha Temeni filia

HYrnethium iuxta Epidaureorũ urbem oleastris consitus crebris fuerat locus/ab Hyrnetha Temeni filia,& Daiphontis uxore cognominatus. Hanc Cerines & Phalces illius fratres cũ eam à Daiphonte marito sororioq; suo cum quo simultates exercebãt abducere conarẽtur, resistente illo/& uxorem sibi suam uendicante, arctiori illam complexu stringẽtes, forte fortuna prægnãtem interfeciss dicuntur. Cui Daiphontes postea eo in loco condito tumulatoq; corpore, sacrarium cõstruxisse, diuinosq; insuper illi honores addidisse fertur. Ratis quinetiã legibus sanxit, ut si quæ eo loci enatæ arbores sponte sua, aut uentorum frangerentur procellis, ne quis illas colonus, alius ue quispiã domum suam ferre, aut priuatos ad usus accõmodare auderet, sed ibi eas relinqueret, & ueluti Hyrnethæ sacras diuino illas cultui debitas iacerè sineret.

Cerines Phalces

Daiphontes

De

De Alcyonea apud Lernã palude profundiſſima, Ca. XL.

ALcyonea apud Lernam nomine dicta palus, per qũam ad inferos Bacchum Semeles adducendæ cauſa deſcendiſſe Argiuorum creber fuit ſermo, circuitu quidem uix tertiã ſtadij partem impleſſe proditum eſt. Cæterum tantam fuiſſe illius altitudinis profunditatem ferunt, ut nullis unquam machinis ad illius fundum perũeniri potuerit, Neronem quinetiã Cæſarem hac rei nouitate permotũ ferunt, multorum ſtadiorum longitudine paratis funibus, pluribuſq; hoc modo ad ſe inuicem cõnexis & complicatis, magnaq; inſuper in illorum extremo plumbi adalligata maſſa, paludis immenſæ terminum reperire tentaſſe, nullo tamẽ ingenio ad illum peruenire potuiſſe. Illius autem aqua placida alioquin & quieſcens uiſebatur, uerum ſiquis illam natandi, uel alterius rei ſtudio, ſiue uolẽs, ſeu etiam incautus & nolẽs ingreſſus fuiſſet, ſtatim mergi, & ad imum magna quadam ui trahi memoriæ proditum eſt. Huius uero in riparũ marginibus cum aliæ paluſtres innaſcebantur herbæ, tum iuncorum genera plurima ſponte ſua pullulaſſe proditum eſt.

Alcyonea palus profundiſſima.

Nero Cæſar

De Cleonice puella à Pauſania per imprudẽtiam interfecta, & de Phigalẽſium ſacerdotibus animarum euocatoribus. Cap. XLI

PAuſaniam Lacedæmoniũ Græcorum res prodere molientem, uerum à ciuibus ante deprehẽſum

suis,& ob id ad Palladis cognomento Χαλκιοίκου aram supplicem considentem,Lacedæmonij ui inde abstractum, unum uidelicet ex omnibus qui ad id unquam loci confugerant/interfeciſſe dicuntur. Huius autem rei causa/uirginis Cleonices miseranda (ut aiunt) cædes quam nullis expiare potuit sacris,fuisse perhibetur. Ferunt enim illum cum Lacedæmoniorũ aliquando/sociorumq; classibus circa Hellespontum præesset, uirginis cuiusdã Byzantiæ Cleonices nomine egregia pellectum forma, illam sibi habere concupisse, cumq; illi quibus id negocij datum fuerat prima statim uigilia puellam ad dormientem Pausaniam deduxissent/decidentis cãdelabri strepitu ad quod fortè imprudens puella offenderat/à somno excitum illum & expauefactum, animiq; etiam conscientia ob ea quæ clàm machinabatur perterritum & insidias uerentem/gladio districto in tenebris puellã interfeciſſe autumant. Quod postea scelus nullis unquã expiationibus sacrorumq; omnimodis cerimonijs expiare potuisse dicitur,quamuis & ad alia huiusce rei causa loca, & ad Phigaliã Arcadiæ ciuitatẽ accesserit/ubi Magi sacerdotes sacrorum peritissimi/& animarum,quæ uita functæ essent euocatores fuisse perhibentur.

Cleonice à Pausania interfecta

Sacerdotes Phigalensiũ animarum euocatores

De Herculis cognomẽto Aegnati templo Spartæ, & de Hippocoonte & liberis ab Hercule interfectis abdita historia. Cap. XLII

Spartæ

SPartæ / Herculis Armati templum, iuxtaq; illud Æoni tumulus fuisse perhibetur. Cæterũ quisnam Æonus fuerit is / & cur Herculem Armatum Spartiatæ colerent, nullus quod sciam ueterum, Pausania excepto, memoriæ prodidit. Scribit enim is Æonum impubem puerum Herculis ex auunculo consobrinũ, si quidem Licynij filius fuerat Alcmenes fratris / ab Hippocoontis liberis Spartam cum Hercule accedẽtem, fuisse interfectum, Necis autem illius causam huiusmodi etiam fuisse addit, dum puer uisendæ urbis gratia uagus & errans ante Hippocoontis ædes fortè fortuna solus spaciaretur, domesticus quidam canis è uestibulo prosiliens, illum inuasisse dicitur, quem puer sublato è semita lapide percussisse & prostrasse fertur, acclamante autem uicinia eam ob rem / exciti Hippocoontis liberi & illuc accurrentes Æonũ fustibus & saxis interfecerunt. Qua re Herculi nunciata, ut erat iræ impatiens, aduersus Hippocoontem eiusq; liberos meritas ab illis sumpturus pœnas solus accessisse dicitur. Cæterũ ingruentibus audacter illis Herculemq; propulsantibus / tunc quidem accepto etiam uulnere clàm (ut aiunt) sese à pugna subduxit, postea uero Spartam rediens Hippocoontem cum tota domo interfecisse perhibetur. Iuxta id etiam Herculis templum / Iunonis cognomento αἰγοφάγου / nos Capriuoram dicere possumus, sacra fuit ædes quam Hercules Hippocoonte deuicto cõsecrasse

Aeonus Herculis consobrinus. Hippocoontis liberi

Iunonis Capriuoræ phanum

perhibetur, quoniam id solum certamẽ ex reliquis omnibus nihil sibi refragante Iunone cõfeciſſe dicitur. Capellas autem illo in templo immolare consueuere, quia illas reliquarum penuria hostiarum primus super aras (ut aiunt) iugulauit Hercules.

De Amphione & Zetho, necnõ ab Epopeo & Nycteo ob Antiopem filiã decertatis præ/lijs recondita hiſtoria. Cap. XLIII

Amphion Zethus

DE Amphione & Zetho, qui Thebarum primi urbem muris cinxiſſe feruntur, uaria eſt fama. Quidã enim Iouis illos & Antiopes filios fuiſſe, Thebasq; à fundamentis exædificaſſe dixerunt. Nonnulli autem non Iouis/ſed Epopei Sicyoniorum regis & Antiopes filios aſſeuerauerunt, inferiorem q; tantum urbis Thebarum partẽ conſtruxiſſe illos/nam arcẽ ipſam/ quam Cadmeã uocabant/aliquot ante ſeculis à Cadmo Agenoris filio extructam fuiſſe dixerunt. Cæterum Pauſanias, in Corinthiacis hanc ipſam rem altius exorditur. Scribit enim Corace Coroni filio Sicyoniorum tyranno ſine liberis uita functo/ Epopeũ genere Theſſalum illius regnũ inuaſiſſe, quo poſtea imperante Sicyonios qui perpetua ſemper ad ea uſq; tempora uiguerant pace, hoſtilis primum exercitus talem ob cauſam inuaſiſ/

Antiope

ſe fertur. Antiopes quã alij Nyctei, nonnulli inter quos Homerus uates Aſopi amnis/qui Bœotios à Plateenſibus diſterminabat/filiam fuiſſe autũmant/nomen per/uulgatum

uulgatum & celebre per uniuersam ferè Græciã ob exi miam raræ pulchritudinis formã ferebatur, hanc Epo/ peus siue precio precibúsue persuasam, seu ui coactam, (hoc enim in dubijs habetur) domũ certe suam inuito patre deduxisse dicitur. Quamobrẽ Nycteus magna Bœotiorum coacta manu, Sicyoniorũ agros hostiliter (ut aiunt) ingressus est, occurrente autem audacter illi cum suis Epopeo, pugnaq; hincinde acriter cõflata/ac/ cidit ut ambo quidem duces uulnera acciperent, Bœo/ tios uero Sicyonij acie superatos in fugã uerterent. Cæ terum haũd multo post Nycteum domum delatũ ex uulnere diem suum obijsse ferunt, qui moriens Theba/ rum imperij administrationẽ & curam Lyco (ut aiunt) fratri reliquit, ut adulto postea illam traderet Labdaco, qui Cadmi ex Polydoro filio nepos/adhuc puer & re/ rum tantarũ oneri impar sub illius tutela degebat, illiq; præterea impensius mandauit, & accepto etiam iureiu rando arctius eum obstrinxit, ut post mortem statim suam prima quaq; temporis occasione capta Sicyonio rum fines quàmaximis posset copijs hostiliter inua/ deret, pœnasq; iniuriarum & cædis ab Epopeo acriter exposceret, ipsamq; Antiopẽ si quo casu in illius perue nisset potestatem pessime acceptã neci tradere impera uit: hæc ille. Epopeus aũt apud Sicyonios Palladis tem plo ob partam contra Bœotios uictoriã solenniter ex/ tructo, pro quo opere cum deæ supplicauisset/ ut si ex animi

Templũ Pal/ ladis ab Epo/ peo constru/ ctum

animi illius sententia exædificatum id esset, aliquo illud signo dea sanciret, statim post huiusmodi æditas preces sponte sua ante templi illius fores oleū ubertim fluxisse ferunt, Templo inquam illo extructo cōsecratoq; Epopeus etiam ipse ex uulnere quod à principio neglectum, haudquaquam recte curauerat, diem clausisse dicitur extremū. Quamobrem Lamedon postea Coronifilius, qui Epopeo uita functo Sicyoniorum assumpsit imperiū, ne cum Lyco & Bœotijs decertare, secq; & suos in belli discrimen deducere cogeretur, Antiopē ex Epopeo iam in utero habētem, Lyco patruo tradidisse fertur, quæ cū Thebas grauida deduceretur, itinere in medio Amphionem & Zethum peperisse dicitur.

Lamedon

De Veneris templo apud Sicyonios, & de sacrorum more, & de Pæderote herba. Cap. XLIIII

APud Sicyonios Veneris fuisse templum ferunt, quod ingredi duabus duntaxat exceptis mulieribus, cæteris omnibus haudquaquam fas habebatur, illarū autem altera quidem deæ ipsius antistes erat uiri per omnē ætatem expers, altera uero uirgo quædam erat quā illi à ministerij ratione Lutrophorā uocabant. Cæteris autem è populo omnibus, & deam cernere, & illi de more supplicare, ex solo patēti aditu permissum fuerat. Illo autē in tēplo deæ sedens cernebatur effigies ex auro & ebore cōstructa, Canachi, ut aiunt, Sicyonij opus, cuius in altera quidem manu papauerum capita, in altera

Lutrophora

in altera uero inerat malũ, ſummoq; capitis in uertice poculum geſtabat. Cæterũ quod ad hoſtias pertinet, omnia animalium genera, præter ſuem Deæ litare cõſueuerant, illorum reliquias in ſacris altaribus iuniperi lignis adolebant, cum quibus ſemper herbæ cuiuſdam quam Pæderotem uocant folia exurere fuerat in more poſitum. Hæc autem in ſacro ſolummodo templi illius ambitu, & nuſquam terrarum alibi naſci proditum eſt, cuius folia fagi quidem minora ſunt foliis, prini uero maiora cum quercinam præ ſe ferant ſpeciem. Verum ex parte quidem altera ſubnigra exiſtunt, altera uero candorem quendam habẽt, qualem maxime ſpeciem populorum habere folia uidentur.

Mos ſacrorũ Veneris Sicyoniæ

Pæderos herba

De Lynceo Argiuorum rege, & de illius ſucceſſoribus, à quibus Danaë & Perſeus progeniti, & quod Perſeus Diſci fuit repertor primus, & urbis Myce narum fundator, & cur id nominis inditum ſit urbi.

Cap. XLV

POſt Danai mortem, nephandumq; filiarum eius in conſobrinos ſuos patratum facinus, Lynceus (ut aiunt) Argiuorum ſuſcepit imperium, à quo generatus Abas, Acriſium, & Prœtum filios habuit, qui auitum inter ſe regnum bipartito diuiſiſſe feruntur, & Acriſius quidem Argos ipſum, reliquaq; Argiuæ ditionis retinuit oppida. Prœtus autem Heræam, & Mideam, & Tirynthum, uniuerſumq; eius regionis maritimũ tractum, ſibi uendicaſſe fertur. Cæterũ ut de Acriſio eiusq;

Lynceus
Abas
Acriſius
Prœtus

Danaë Perseus

filia Danaë ferreo occlusa in Thalamo, ex qua postea Iouis cõpressu natus est Perseus, passim uulgata, in medio relinquamus, certum est adulto Perseo, & iam rebus præclare gestis insigni & multi nominis, Acrisium spõte sua patrias sedes reliquisse, & ad Lariſſam Thessaliæ urbem, quæ Penæo adiacet amni, peruenisse, quo loci, haud multo post Perseum maternũ quæritantem Auum, illumq; uidere & alloqui cupientem accessisse ferũt, qui cum ætate uiribusq; polleret, Discisq; insuper iactandi artem cuius ipse inuentor fuerat, ostentare cuperet, & ob id eo loci in uulgus se exerceret, Acrisium forte fortuna cum alijs spectantem Disci iactu interfecisse dicitur. Verumque & infallibile fuisse hac super re quondam Acrisio datum sanciuit oraculum. Et frustra illum aduersante Deo tot uitæ suæ custodias machinatum fuisse, totq; sibi postea struxisse insidias clarissimo rerum euentu demonstrauit. Cæterum cum tali patrata cæde Perseus famæ turpioris rumore commotus, ne inter suos male audiret, Argos redire neglexisset, Megapenthem Prœti filium patruelem suum, ut secũ paternum permutaret imperium, haud sanè difficulter adduxisse perhibetur. Qui cum postea noui regni limites peragraret, gladijsq; extrema positus in uagina illi forte ferreus excidisset cuspis, quẽ Græci Mycenem uocant, id boni uice accipiens ominis, eo loci cõdita urbe Mycenas illã nuncupasse dicitur. Quãuis nõnulli non

Perseus Disci inuentor

Megapenthes Prœti filius

Mycenarum urbs à Perseo condita

ideo

ideo Mycenas uocitatas asseuerent, sed quoniam is eo regionis commeans tractu dum æstu sitiq; admodum laboraret, euulso è terra fungo scaturientes reperisse dicatur aquas, quas cum auidius ebibisset, molestamq; inde restinxisset sitim, ea delectatus re à fungi postea nomine, qui Græce Myces appellatur, conditæ à se urbi nomen imposuisse fertur. Homerus autem in Odyssea Mycenem quãdam refert mulierem, quam Inachi filiam, & Acestoris uxorem quidam fuisse dixerunt, & Mycenarum inde urbem nomen inuenisse uoluerunt. *Homerus*

Quæ de Aesculapij parentibus Epidaurienses dixere, & de Coronide Phlegyæ filia historia, & de septo quodam in quo mori non licebat, & de seruorũ certamine ab Hyppolito instituto. Cap. XLVI

DE Æsculapij parentibus, eiusque natali solo ista hæc Epidaurienſium recenset historia. Phlegyam ferunt, qui ea tempestate omnium bellicosissimus & erat, & habebatur, aliquando in Peloponesum peruenisse, eo quidem prætextu, ut regionem illam peragraret & uiseret, re autem uera, ut illius situm populosque cognosceret, moresq; illorum utrum ad belli an ad pacis munia conuenirent magis, clare perdiſceret. peragrantem uero hac mente Phlegyam Coronis filia sequebatur, quæ ex Apolline iam prægnans, in Epidaurensium regione enixa Æsculapium peperisse dicitur in monte quodam, qui Myrgnis

antea, postmodum uero Titthæus hãc ob causam est appellatus. Ferũt enim expositum eo loci infantem capellam quandam à reliquo grege, qui eo in monte pascebatur aberrantem uberibus suis aluisse, exquo monti postea nomen impositum fuisse dicũt. Titthas enim Græci mammarum papillas uocant. Cæterum quoniam gregis etiam illius cum capella aberrauerat canis, qui expositò & iacenti assidebat infanti, ab illoq; ferarum propulsabat incursus, re illa commotus Aresthanes (hoc enim nomine gregis illius uocabatur pastor) dum capellam canemq; per montis quærit auia, iacentem reperit puerum, quem dum propius accedens humo conatur attollere, diuinus quidã ab illo exiens fulgor, illius oculos perstrinxisse dicitur. Quamobrem id quod erat, deorum quempiam illum esse ratus pastor, adorato prius numine, ocyus inde discessisse, & ad gregem suum redijsse perhibetur. Ex quo Epidaurensium postea regio Æsculapio sacrata fuisse existimatur, templisq; & aris extructis id numen coli cœptũ. Cæterum iuxta magnificentissimum eius dei exædificatum templum quod ab accolis quotidie & externis summa frequentabatur religione, sacer erat Æsculapij lucus, limitibus quibusdam à cæteris eius loci agris distermina-tus, inter quos neq; mori quempiam posse, neq; grauidas parere mulieres, constantissima fuit fama. Quod etiam de Septo quodam in Delo insula memoriæ proditum

Tittheus mons

Aresthanes pastor

Epidaurensiũ regio Aesculapio sacra

Mira Septi natura in quo mori nõ licebat

ditum est. Hoc etiam in Luco quascunq; deo litauerãt hostias absumere omnes fuerat in more positum. Ipsius autem dei simulachrum in throno residens uisebatur, altera quidem manu baculum retinens, altera uero assistentis sibi caput draconis permulcens, cuius etiam ad pedes iacentis imago aderat canis. Haud procul in de antiqui operis astabat columna Hippolyti casum exculpto indicans epigrammate: Ferũt enim paternis imprecationibus Hippolytum ab equis dilaniatũ, Dianæ rogatu ab Æsculapio rursus ad uitam reuocatum fuisse, qui patris postea sero pœnitentis spernens preces, eiusq; fugiens cõspectum, relicta patria in Italiam ad Arciæos populos peruenisse dicitur, à quibus benigne susceptus, eorum etiã dignatus est imperio, is postea eo loci celebre Dianæ templum cõstruxisse, & singulare quotannis pugnantium inter se seruorum certamen constituisse fertur, ea uidelicet conditionis lege, ut illius uictor Dianæ sacerdos efficeretur. Hoc certamen ad sua usque perdurasse tempora Pausanias in Corinthiacis autor est.

De Aesculapij simulachro

Hippolytus

Seruorũ certamẽ ap Hippolyto institutum

De Stilpone Megarico philosopho, & de illius somnio historia. Cap. XLVII

Stilpo Megaricus

DE Stilpone Megarico philosopho, qui patria à Demetrio euersa cum ab eodem percontaretur, an quippiam ex rebus suis in patriæ excidio amisisset, respondisse fertur nihil se perdidisse. Bellum enim uir-

tutes deprædari non posse, de illo inquã Stilpone memoriæ proditum est, cum aliquando Megaris Neptuni sacerdos esset, quæ dignatio primarijs semper dabatur uiris, Neptunoq; de more ob rei familiaris angustias, taurum non immolasset, sed pusillũ quiddam & domi natum animal, illi deum succẽsentem in somnis uisum astitisse, minacibusq; uerbis spretã ab eo haud recte maiorum cõsuetudinem obiecisse: ipsum uero nihilo ea re perterritum contumaciter respondisse, quid tibi uis Neptune, an ne mecũ, ut puer conquestum huc accessisti, quod rei meæ parcẽs, fœnorisq; declinans iacturam, urbem hanc nidore nõ repleuerim, sed tibi domesticis ex rebus purã sacrificij hostiã obtulerim? Quibus dictis Neptunum subrisisse uisum, Stiponisq; aprehensa dextera illius gratia eo anno Megarensibus magnum se Apuarum prouentum exhibiturum promisisse. Secutaq; postea res insomnio illi indubitatam fecisse fidem perhibetur.

Stilponis somnium

De Epidelio nuncupato Apolline, & de expilatione Deli à Menophane Mithridatis præfecto facta, & de illius & Mithridatis interitu historia. Cap. XLVIII

NOn longe à Malea Laconiæ promontorio, mari adiacens uicus Epidelium nuncupabatur, in quo celebre Epidelij cognomento Apollinis fuerat templum tali ideo nomine appellatum, quoniam eius dei simula-

Epidelius Apollo

ſimulachrum illo in templo collocatum Deli aliquãdo fuiſſe proditum eſt, de quo huiuſmodi fertur hiſtoria.

De Deli expilatione à Menophane facta

Cum Delos antiquis (ut aiunt) temporibus felix beataq; inſula eſſet, illamq; multi mercaturam exercẽtes, uariisq; artibus dediti homines ueluti Apollinis reuerentia à periculis tutam, & religione ſacram incolerẽt, Menophanes Mithridatis claſſium dux, ſiue illius (ut aiunt) iuſſu, ſeu ſponte ſua lucri cupiditate pellectus, in ſulam inuaſiſſe dicitur, urbẽq; mœnibus & propugnaculis carentẽ, & diutina pace nihil huiuſmodi cogitantem, ex improuiſo adorſus nullo negocio cepit, interfectisq; omnibus eo loci conuenis, Delios ipſos partim trucidauit, partim cum coniugibus, & liberis in naues coniectos in Aſiam præmiſit: ipſe uero tam publicam quàm priuatam pecuniã uniuerſam expilauit. Sacros quinetiã theſauros, regumq; & populorũ celebria dona Deo dicata omnia abſtulit: & urbem demũ ipſam à fundamentis euertit, in quo rerum tumultu, urbisq;, ut par eſt, deſolatæ excidio & rapina, barbarus quidã per contumeliam Apollinis ſimulachrũ illud in mare abieciſſe dicit, quod marinis poſtea fluctibus ad Peloponeſi littora delatum, Epidelij cognomine Laconiæ regionis maritimum illum, ut diximus, tractum, firmiter inſigniuit. Cæterum Menophanem poſtmodum ipſum cum ſacra Apollinis gaza nauibus onuſtis redeuntem, à mercatoribus quibuſdam, qui à principio

Menophanis & Mithridatis interitus

aufugerant

aufugerãt interceptum morte ſua meritas dediſſe pœnas ferũt. Mithridatem quinetiam ultrix poſtmodum pœna imperio prius amiſſo, ad ſibiipſi conſciſcendam necem, compuliſſe dicitur.

De Aetnæ crateribus & illorum augurijs, necnõ de Inonis aqua apud Lacedæmonios. Cap. XLIX

De Aetnæ crateribus & illorum augurijs

QVæ de Aetnæ crateribus, illorumq; præſagijs conſuetudine & modo ab antiquis prodita ſunt, huiuſmodi ferè fuiſſe perhibentur. Ferunt enim loci illius accolas argentea aureaq; numiſmata, interdum etiam integras uictimas, in illos inijcere ſolitos, quæ omnia ſi placide ſuſcepiſſet ignis, inferneq; deiecta leniter reſediſſent, optimũ proijcienti fuiſſe omen ariolabantur, lætusq; inde firma futurorum bonorum cum ſpe diſcedebat ille. Quod ſi econtra uiolento flammarũ ſpiritu quæ proiecta fuerant expelli contigiſſet, crateresq; donaria illa nõ admiſſa uiolenter eructaſſent, magnũ proijcienti portendi malum cõſtantiſſime credebant.

Inonis aqua apud Lacedæmonios

Quod etiam de Inonis apud Lacedæmonios aqua memoriæ proditum eſt, in qua frumentaceis abiectis placentis, idem præſagij, illarum retentione uel reiectu fuiſſe perhibetur.

De Zancle urbe in Sicilia, quæ poſtea Meſſana eſt appellata, & illius rebus geſtis. Cap. L

ZAnclem, quæ poſtea Meſſana eſt appellata in Sicilia urbem, à quibuſdam fuiſſe piratis primo cõditam

ditam cõstans est fama/qui Cratamene Samio/& Periore Chalcedonio ducibus maria infestantes/eam sibi sedem/tum portus commoditate quo se tuto recipe rent,& inde prætereuntes facile inuaderent,tũ aliarum etiam rerum opportunitate & copia elegisse dicuntur. Et primo quidem parua quædam circa portus angustias munimenta construxerunt, postea uero accedentibus hincinde eo loci accolis in legitimæ formã urbis Zanclem mœnibus, & propugnaculis undequaq; cinxerunt. Cæterum uertentibus postea seculis cum Zancleorum res pręclare accreuissent,satisq; iam feliciter & bene degere uiderentur,accidit ut odia inde & simultates,bellorumq; etiam initia quædã/inter ipsos & Rheginos/qui extremum Italiæ litus incolunt,grauiter conflarentur. Quamobrem Anaxilas Rheginorum tyrannus,qui paternũ genus ad Alcidamidem Messenium referebat, populares suos Messenios à Lacedæmonijs iã bello fractos/& Peloponesum,sedesq; patrias Gorgo & Manticlo ducibus relinquere cogitantes, pollicitis pellectos ad se euocasse dicitur,inde communi Marte Zancleos adorsus,terrestri maritimoq; prælio facile superatos intra murorum claustra concluſit. Qui cum iam haud procul abessent quin ciuitas ui à Messenijs caperetur/rebus consulere suis coacti/illos in regionis urbisq; suæ partem percussis prius fœderibus accepe/runt, ex quo Zancles obliterato nomine ciuitas post/

Cratamenes Samius perio res Chalcedonius

Zancle urbs quæ postea Meßana

Anaxilas Rheginorũ tyrannus Meßenij

Gorgus Manticlas

A modum

modum illa Meſſana eſt appellata. Hęc autem Olympiade uigeſimanona, Milciade Athenis imperante, geſta fuiſſe perhibentur.

De Smaragdo lapide illiuſq; natura, & de Obeliſcis ex Smaragdo, & de Pſeudoſmaragdo. Cap. LI

SMaragdos ex Iaſpide fieri lapide, naturāq; illum hoc modo commutare ſuam autor eſt Theophraſtus. Scribit enim in ſuo de lapidibus cōmentariolo, lapidem aliquando in Cypro inſula repertum fuiſſe, cuius altera quidem pars exacta erat perfectaq; Smaragdus, altera uero Iaſpis, quæ nondū in Smaragdi uidelicet tranſierat ſpeciem & ſinceritatem. Cæterum Smaragdum ipſam peculiares quaſdam habere uires dicit, ſed inter præcipuas eius dotes oculorum pręſeruare & reficere aciem affirmat. Et ideo à gemmarum ſcalptoribus ualde expeti, & perquiri, raras pręterea inuētu eſſe Smaragdos, neque admodum magnas excreſcere, niſi ijs inquit: quæ ab Ægyptijs de huiuſmodi lapide memoriæ prodita ſunt, fidem adhibere uelimus. Ferunt enim Babyloniorum regi inter reliquas munerum excellentias, Smaragdum aliquando aduectum fuiſſe ullarum quatuor longitudine, craſſitudine uero trium. In templo quinetiā Iouis Obeliſcos fuiſſe quatuor ex Smaragdo lapide autumant, qui longitudine quidem quatuor & decem excedebant ulnas, latitudine autem altera eorū parte quatuor, altera duas implebant. Sed

Smaragdi uis

Obeliſci ex Smaragdo

hæc

hęc quidem illorũ relatu huiuſmodi fuiſſe ſcribit Theophraſtus. Niſi forte inquit ex lapide illo quẽ Pſeudoſmaragdũ uocant illa fuiſſe credere maluerimus, quod ueriſimilius uideri poteſt, ſiquidem iſthæc etiam repetitur Smaragdi ſpecies. Et apud Tyrios in Herculis fano ſatis magna colũna ex huiuſmodi fuiſſe lapide perhibet. Horũ etiã omniũ de Theophraſto accipiens in ſua naturali hiſtoria, Plinius ſecũdus luculẽter meminit

Pſeudoſmaragdus

Columna ex ſmaragdo Tyrij Herculis templo

De Miniį generibus, & Callia Athenienſi Miniį inuentore. Cap. LII

MIniį genera plura eſſe conſtat, quædã enim ſponte ſua naſci dicuntur, quale illud eſt quod mittit Hiſpania prædurũ & lapidoſum, ex Colchorũ etiam regione natiuum tranſmittitur Minium, quod in præruptis inuio acceſſu ſcopulis natum, nõ niſi ſagittarum iactu inde decuſſum inter reliquas merces habere dicũtur, factitium uero Minium ex arenæ quodam conficitur genere, quam huiuſmodi rei periti coccineo colore ſplendeſcentem in argentariįs metallis colligere perhibentur. Hanc primum in lapideis terunt mortariįs, tenuiſſimumq; inde confectum puluerem æneis diluunt peluibus, & quod ſubſederit rurſum cõterunt & lauãt, idq; ſæpius factitant. Ex quo artificioſum & factitium reſultare dicit Miniũ. Huius autẽ cõfectionis operam, Calliã Athenienſem octogeſimo ante natũ Ariſtotelẽ anno, imperãte Athenis Praxibulo reperiſſe ferũt, q in

De Miniį generibus

Callias Athenienſis factitij repertor Miniį

argenti metallis huiuſmodi arenam comperiens, aurumq; in ſe habere ob coloris eximij ſplendorem exiſtimans, circa illam operatus eſt: & Minij factitij præter ſpem eo modo excellentem inter pigmẽta inueniſſe dicitur colorem.

De Epaminundæ ſomnio poſt Leuctricam pugnã, & de Tyndaridarum aduerſus Meſſenios indigna tione recondita hiſtoria. Cap. LIII

Epaminundas

POſt Leuctricam pugnam, qua Lacedęmoniorum fractæ uires funditus concidiſſe dicuntur, Epaminundæ, qui Thebanorum proſpiciens rebus, ne afflicti iterum uires reſumerẽt Lacedæmonij, anxius erat, pluraq; hinc inde illis obſtacula mente uoluebat, tale per quietem ſomnium contigiſſe ferunt. Senex quidam ſacerdotis effigie ſacra indutus clamyde, illi aſſiſtere, eumq; huiuſmodi alloqui uerbis uiſus eſt. Tibi ego ô Thebane præclaram ex hoſtibus uictoriam conceſſi, teq; bello poſt hac etiam inuictum præſtabo, tu uero Meſſenijs regionem patriam urbesq; reddito priores. Tyndaridarum etenim aduerſus illos iam ceſſauit indignatio. Quo permotus ſomnio Epaminũdas, diſperſos hincinde diuerſis in locis Meſſenios in Peloponeſum ad patrias incolendas ſedes conuocauit, Meſſanamq; poſtea urbem illis à fundamentis condidiſſe dicitur. Cæterũ quæ nam Tyndaridarũ aduerſus Meſſenios fuerit indignatio, & quæ tanta ſimultas, apud neminem

Epaminundæ ſomnium

Tyndaridarũ aduerſus Meſſenios indignatio

minem præter unum duntaxat Pausaniam legisse me memini. Scribit enim is autor in Messeniacis, Lacedæmonijs aliquando iuxta Andaniam Messeniorum urbem castris positis cõsidentibus, Tyndaridarum q; celebrem diem, qui forte tunc inciderat, statis cerimonijs sacris toto exercitu de more celebrantibus, & ad Symposia hilaritatem q; conuersis, geminos ex Andania iuuenes Panormum & Gosippum candidis indutos tunicis, purpureis q; superne clamydibus cõtectos, pileatos insuper & hastilia manu gestãtes, in equis apparuisse albis. Quos cum Lacedæmonij perspexissent Castorem & Pollucem esse rati, qui ad sua inuocati aduentarent sacra, Venerabundos (ut par est) illos salutasse, cernuosq; genuflexo ueluti præsentia numina religiose uenerari cœpisse, uerum adolescentes illos religione contempta, spretisq; deorum numinibus, concitatis equis, multos quidẽ ex illis partim humi prostratos cõtriuisse, partim hastis crudeliter transuerberasse, & plerisq; hoc modo interfectis iactabundos & hilares Andaniam repetisse. Ex quo Tyndaridarum postea cõtra Messenios indignationẽ, quę illos tandẽ funditus euertit, originẽ causam q; habuisse primã ferunt.

Panormus Gosippus

De Mothone Peloponesi urbe, & de illius priori nomine & Mothonẽsiũ calamitatis abstrusa historia. Cap. LIIII

MOthonem Peloponesi urbem, Pedasum Troianis temporibus appellatã hoc reperisse nomen

Pedasus prius Mothone appellata

ab Oenei filia Mothone ferũt, quam eo loci cum Diomede ab Ilio rediens Oeneus Parthaonis filius ex pelice suscepisse dicitur. Nõnulli uero à Mothone lapide illam nuncupatam uolunt, qui ibi plurimus reperitur, & à quo portus eius natiua cõstare munimenta dicuntur. Siquidem illius angustum nauigijs præbet ingressum, & à maris exiens profundo, deuolutos undarum obice suo repellit & arcet incursus. Hanc autem urbem antiquis temporibus, dum Messeniorum res stabant eorumq; ditionis esset, huiusmodi ex improuiso calamitas afflixisse dicitur. Illyriorum natio quæ Ionij maris oram incolit, cum Epirotas Pyrrhi regis interitu sine imperio degentes, facile armis superasset, eamq; sibi regionem nullo negocio asciuisset, animis prospero rerum successu elata, maioraq; etiam mente uolutans, constructis sedulo nauibus & in mare deductis, & alia pleraq; græciæ loca inuasisse, & in Mothonensium portum penetrasse fertur. Ibiq; cum ueluti ad amicos & beniuolos se accedere simulassent, uinum quidẽ reliquaq; ad quotidianos usus necessaria pro numerata pecunia ab illis petierunt. Quæ omnia primo statim die Mothonenses nihil subesse dolorum rati, alacribus animis ad naues usq; deportauere. Cumq; id ipsum alterũ & tertium diem factitassent, pluresq; iam cum cõiugibus & liberis, tum ut sua carius uenderent, tum ut illorum quas attulerant merces uilius & bono precio emerent,

Mothone lapis

Mothonensiũ calamitas

portum

portũ petĩssent,& in ipsis cõfertim uersarent nauibus, obseruato Illyrĩ tẽpore, decõposito illos adorsi in uincula omnes cõiecisse dicunt, sublatisq; ocyus anchoris, & uelorũ expãsis sinibus celeri cursu domũ redeũtes desolatã casu tali Mothonem urbem reliquisse feruntur.

De rupe Typæa Olympiæ ex qua deiici fuerat mos præuaricantes in sacris certaminibus,& de Callipateria eiusq; filio Pisirhodo historia non uulgaris.

Cap. LV

CVm sacra esset Olympiæ lata lex,mulieres ad solenne illud certamen accedere nõ debere,sed neq; Alpheum amnem sub ĩsdem diebus trãsmittere, pœnaq; præuaricantibus constituta esset, è saxo illas quodam prærupto deiici oportere,quod non longe ab Alpheo fluuio Olympiam petentibus medio sese in itinere offerebat, Typæaq; ab accolis cognominabatur Rupes,Callipateria tamen,quã nonnulli Pherenicem appellant,uirilis animi fœmina præmortuo marito uidua pugilis habitu Athletam deducens filium in uetitum mulieribus capitali pœna locum, descendere ausa est. Cumq; aliquandiu & corporis membrorumq; agilitate,& uirilis insuper habitus similitudine præclare latuisset omnes,ad extremum certe latere non potuit,deprehensaq; hoc tandẽ fuisse dicitur modo, dum enim Pisirhodo filio sacri uictoriam certaminis adepto, lætitia gestiẽs sepes illas & claustra quibus Athletas cõclusos

Rupes Typæa Callipateria

Pisirhodos

sos habebant, transilire conatur, corporis nudata parte, fœminam se esse clare professa est. Cæterum illam quidem Elij parentis fratrumq; dignitate cõmoti, qui omnes Olympicas meruerant coronas, necnõ Pisirhodi filij gratia, crimine absolutam abire permiserũt. Nouam autem sub ijs legem sanxerũt, ut nudato post hac corpore pugiles ad Olympicum certamen accederent.

Quæ de Alpheo & Arethusa memoriæ sunt prodita. Item de Iordane & Nilo fluuijs aquarũq; quarundam miraculis. Cap. LVI

QVæ de Alphei Arethusæq; fabulosis traduntur amoribus non est quod hoc recensean̄ in loco. Poëticæ enim licentiæ plena sunt, & ab historiæ seueritatis grauitate semota. Cæterũ isthæc pro constanti pleriq; referunt autores, Alphei latices ex Peloponeso per interiectum Ægeum pelagus in Siciliam transmittere, scaturientibusq; in Syracusanorum agro Arethusæ fontibus proculdubio cõmisceri, neq; hoc sibi admirandũ adeo, fidemq; excedere & superare omnẽ Pausanias scribit. Quandoquidẽ Iordanẽ in Iudæa fluuiũ se uidisse affirmat, qui Tyberiadem ingressus lacũ purus aquarum undis illum transuehitur, & in alterum incorruptus & integer deriuat lacum, quem mare mortuum uocant, in quo ratione ab alijs diuersa aquis, uiuentia quidem fluitant corpora, neq; mergi possunt, inanime autem omne ima petit, & deorsum recta statim

Alpheum ex Peloponeso in Siciliam transmittere

Iordanis Iudeæ fluuius

Mare mortuum

tim defertur. Aliudq; præterea non absimile aquarum miraculum in Ionia esse affirmat, quarũ fontes in continenti iuxta Mycalis radices montis scaturire dicũtur, ipsæ uero interpositum transmittentes pelagus prope Branchidas in portu quodam, qui Panormus appellatur, rursum emergere uidentur. Nã quæ de Nilo etiam feruntur amne, multos (ut inquit ille) cum Ægyptiorũ, tum Græcorũ etiam qui in Æthiopiam peruenerũt, locupletissimos habẽt testes. Dicunt enim ultra Meroëm Æthiopiæ urbem Nilum amnem quendã ingredi lacum, quem integris aquis ueluti terrarũ quoddã solum impermixtus transmittit, eoq; modo per inferiorẽ delatus Æthiopiã, Ægypti postea regionem percurrit, & circa Pharum tãdem in Ægyptiũ deuoluitur pelagus.

Aquarum miraculum

De Nilo fluuio

De primis Olympici certaminis fundatoribus, & de instauratoribus postmodũ, & de Idæis Dactylis qui & Curetes appellabantur. Cap. LVII

CErtamen Olympicum aureo (ut aiunt) seculo originem habuisse Eliorum uetustissimæ cõmemorant literæ. Cum enim infantis Iouis custodiam Rhea Idæis Dactylis, qui & Curetes appellãtur ex Cretensi Ida ad id muneris delectis, attribuisset, Herculem Idæum ferunt inter illos maiorem reliquis fratribus cursus certamẽ proposuisse, uictoreq; subinde oleastro, quæ passim eo loci nascebatur coronasse. Nomina autẽ reliquorum fratrum hæc fuisse perhibentur, Pæoneus, Epimedes,

Idæi Dactyli. Curetes. Olympiæ certamen

Curetum nomina

medes/Iasius/Idas. Certamen uero illud quinto quoq; anno fieri Herculem instituisse ferunt, quoniã ipse cum fratribus huiusmodi explebat numerum. Depulso autem postea à rerum moderatione Saturno/superatisq; cum illo Titanibus/ob rem bene gestam Iupiter in certamen illud liberos suos deduxisse, iudexq; inter illos consedisse fertur. In quo alij quidem alios superasse dicuntur, Apollinem uero pedũ uelocitate currendo Mercurium uicisse fama est. Quamobrẽ Pythicus tibiarum concentus cum Pentathlici saltus certamine inferri solitus est/ueluti Apollinis uictoriæ sempiterna quædam attestatio. Mars uero certaminis pugilis uictoriam ab omnibus facile reportasse perhibetur. Cæterũ uertentibus postea seculis Clymenũ quendam genere Cretensem quinquagesimo maxime post Deucalionæũ diluuium anno/Olympiam uenisse, certamenq; Olympicum hominum ruina interpellatum de integro instauraſſe/aramq; Herculi Idæo/quem præpositũ nominabant,& reliquis fratribus,quos generis affinitate attingebat/primum ædificasse ferunt.

Apollo Mercuriũ curredo superauit

Clymenus Cretensis certaminis Olympici instaurator

De Calpes appellato certamine,& quando fieri cœptum, necnon quando introduci desierit. Cap. LVIII.

CVrsus certamen Calpes appellatũ septuagesima prima Olympiade in certaminibus Olympicis primo introductum fuisse perhibetur. Quod octogesima postea Olympiade sublatum fuisse constat. Cæterum

rum Patecum ex Dyme Achaiæ urbe certaminis illius uictorem primitus coronatũ ferunt. Huiusmodi autem Calpes fuisse dicitur cursus. Decertantes equo fœmina uecti currebãt extremoq; stadij in spacio ab equis desilientes brachio loris circũuoluto frenisq; manu apprehensis cum equis simul currebant/eoq; modo illorũ uelocitatẽ summo studio æquare conabant. Huius etiam certaminis in Symposiacis quæstionibus meminit Plutarchus, scribitq; Olympiæ introductũ nõ multo post explosum fuisse, sicut bigarum etiam certamen, & Pentathli in pueris noua & aduẽtitia cito introduci desijsse.

Patecus Dymeus

Qui cursus Olympiæ Calpes erat appellatus

Quod ebur siccitatibus maxime offenditur, & de eburneis celebratis simulachris. Cap. LIX

EBur uetustate candorem amittere/ aliasq; temporis prolixitate sentire iniurias/ in confessis habetur, sed maxime siccitatibus (ut aiunt) immodicis candicans illius interit nitor/ & in pallorẽ cito uertitur ingratum. Quamobrẽ quibus id curę est, frigidis & humectis maxime locis ebur facile præseruare dicuntur, memoriæq; proditum est/ Palladis ex ebore simulachrũ in Athenarum arce collocatũ, quæ situ ipso & altitudine etiam sua siccius experiri cœlum dicebat/ infusa sæpius aqua diu pristinũ retinuisse candorem. Epidauri quinetiam eburnea Esculapij statua in throno residens ex eadẽ materia constructo/ super defossum inferne puteũ ob id ipsum collocata fuisse perhibetur. Ecõtra uero Olympici

Palladis ex ebore simulachrum

Eburnea Esculapij statua

Eburneum Olympici Iouis simulachrum.

Iouis simulachrũ quod ex ebore à Phidia Athenienſi diuinitus cõſtructum fuiſſe ferunt, ne paluſtris ſitus in quo admirandũ illius templum fuerat ædificatũ, ſentiret iniurias, pfuſo ſæpius olei liquore, per multa ſecula illæſum integrumq; cõſeruaſſe perhibẽtur Eliꝯ. Ex quo (ut par eſt) nihil æque Ebori quàm ſiccitatẽ ſqualorẽq; aduerſari & officere ueriſimiliter exiſtimari poteſt.

Siccitatem ebori maximè aduerſari

De fatali Pelopis humero eburneo ad Troiã in caſtris delato, & de illius poſtmodũ propter naufragiũ amiſſione, & ſubſequuta inuentione recondita hiſtoria. Cap. LX

De Pelopis humero eburneo

QVæ de Pelopis humero, quẽ ex ebore fuiſſe poetæ licenter fabulantur, Pauſanias memoriæ prodidit, huiuſmodi ferè exiſtunt. Cum Græci decimum iam uertentem annum ad Iliꝯ mœnia fruſtra conſediſſent, eiusq; potiũdæ urbis ſtudio anxij omnia minima maximaq; ſedulò quotidie quæritarent & experirentẽ, à ſuis moniti ſunt uatibus, nõ prius ſe urbem illam expugnaturos quàm Herculis arcus ſagittæue fatales, Pelopisq; inſuper ex humero os in caſtra apud Ilion delata fuiſſent, quibus illi perſuaſi monitis, ſtatim è ſuis quoſdã qui Philoctetẽ accerſerent, oſq; Pelopis quod Piſis in Elide erat, ad ſe cõportarent, in Græciã tranſmiſerunt, uoticq; eo modo ſui compotes tandem facti ſunt. Accidit autem redeũtibus poſtea euerſa Troia in Græciam illis, cum ſubita procellarũ uis iuxta Caphareum Euboiæ promontoriũ uniuerſam diſſipaſſet claſſem,

sem,cum alias pleraſq; nauium/tum illam qua Pelopis ferebatur humerus/naufragio interijſſe. Cæterum multis poſt Troiæ caſum ſeculis uir quidam ex Eretria Euboiæ piſcator Damarmenus nomine cum retia in mare arti ſuæ operam nauans aliquando demiſiſſet, forte fortuna os illud retibus inuolutum ex pelagi profundo extraxiſſe dicitur,qui illius inſolitam admiratus magnitudinem/& ſimul ut fit humanæ gẽtis uitio,cuius nam os illud fuerit curioſius cognoſcere cupiens/ad Delphi/cum Apollinis oraculum percontaturus perrexiſſe fertur. Qua etiam tempeſtate cum Eliorum legati Apollinem pro peſtis remedio qua illorum uniuerſa deuaſtabatur regio/conſulturi Delphos ueniſſent/cõmuni illis oraculo reſpondiſſe Pythia dicitur,Elijs quidem ut Pelopis reliquias perquirerent & inuentas ſeruarent,Damarmeno autem ut quod inuenerat os Eliorum traderet legatis. Quibus Pythiæ uerbis cum paruiſſent illi, & peſtis apud Elios illicò ceſſauere cõtagia, & Damarmenus maximo apud illos in honore habitus,Pelopis ſacrario quod Elijs percelebre fuerat, præpoſitus fuiſſe dicitur/ratisq; ſancitũ eſt legibus/ut ipſe & eius poſtea liberi, poſteriq; deinceps illorum omnes/ſacri cuſtodiam oſſis in Elide ſemper haberent.

Damarmenus piſcator os Pelopis ſubmerſum inuenit

De Acherontia ab Homero appellata Populo, & de illius hiſtoria, & quod quædam peculiariter in diuerſis fluuijs arborum innaſcantur genera. Cap. LXI

QVæri à grammaticis ſolet cur Homerus Albam Populum in carminibus ſuis Acherontiã cognominauerit, inter quos ĩ qui elegantiores uideri uolunt hoc cauſæ afferũt, ideo ſcilicet illam ab Homero ſic appellatam fuiſſe, quoniam eius arboris ramis coronatus Hercules ad inferos deſcendiſſe, & Acheruſiã tranaſſe paludem dicatur, ubi multa etiã de mutato ſuperne foliorum colore, quæ peſtilentem regionis illius halitum contraxerant, non minus inepte quàm licẽter confabulari ſolent. Cæterum hoc ex hiſtoria ſumptũ fuiſſe ueri ſimilius Pauſanias memoriæ prodidit. Ait enim Herculem primum arborem hãc ex Theſprotũ regione in Græciam attuliſſe, Olympiæq; Ioui rem diuinã facientem, hoſtiarum de more crura illius lignis adoleuiſſe. Quamobrẽ poſtea Elĳs inoleuit mos, ut nullis ex alia arbore lignis niſi ex alba populo ad Iouis ſacra uterentur. Conſtat autem Acherontem Theſprotiorum amnem copioſas admodũ & proceras quacunq; dilabitur ſponte ſua huiuſmodi peculiariter producere populos, quemadmodum in Italia Padus amnis nigras largiter generare & alere populos animaduertitur. Sunt enim fluminibus etiam ipſis quędam herbarum ſtirpium q; peculiaria genera quadam naturæ affinitate familiaria & cognata, ſiquidem Menãder Lydiæ amnis plurimis pulcherrimisq; abũdare dicit geniſtis, & Aſopus Bœotiæ fluuius maximis dẽſiſſimisq; iuncis riparũ undiq; con-

Cur Alba populus ab Homero Acherontia appelletur

Hercules

Ad Iouis ſacra nullis lignis præter quàm albæ populi Elios uſos fuiſſe

Quædam peculiariter in diuerſis fluuijs arborum innaſci genera

conuestitos habere margines perhibetur. In Alphei uero ripis plurimæ & speciosissimæ (ut aiunt) nascuntur oleastri. Nilum quinetiam ipsum peculiarem producere arborem ferunt, quam Perseam appellant, quæ nusquam terrarũ alibi præterquàm in illius ripis facile enasci potest. Nõ ab re igitur est Homerum naturæ totius indagatorem solertissimum, diligentissimumq; scriptorem eam ob rem à fluuij nomine ubi libenter nascitur, albam populum Acherontiam cognominasse.

De Iouis Horcij Olympiæ simulachro apud quod iurabant pugiles, & quod moris erat uictimas pro iureiurando mactatas homines non attingere. Cap. LXII

OLympiæ eo in loco ubi Eliorum cogebatur senatus, Iouis cognomine Horcij statuam fuisse ferũt effigie horrendam, intentaq; utraq; manu fulmina tenentem, iuxta quam pugiles quicunq; ad certamen descendebant sacrum, parentesq; insuper illorũ & fratres, super mactati exta porci conceptis iurabant uerbis, nihil se fraudis nihil decipularum ad certamen illud attulisse, aut secus quàm Olympicæ paterentur leges commisisse. Pugiles quinetiã ipsi deperse iureiurando affirmabant, decẽ continuos menses summo se studio exercuisse, omniaq; quæ ad certamẽ illud requirerent legitime conquisiuisse & percepisse. Idem etiã factitare soliti fuerunt illi quibus decertaturos pueros, equorũq; insuper pullos ante examinare fuerat demandatũ. Iurabãt enim

Iouis Horcij simulachrum

enim iuſte ſe & religioſe de omnibus iudicaturos, nullisq; munerum precumue illecebris quod ius fasq; dictaſſet prodituros, quosue probauerint, aut contra reiecerint occulto ſemper ſilentio obſeruaturos. Quid autem de mactato poſtea apud illos fieret porco, non eſt memoriæ proditum. Cæterũ antiquiſſima ſemper fuerat religione obſeruatũ, hoſtias illas ſuper quas pactorum fœderumq; aliquorum quidpiam ſancitũ fuiſſet iuſiurandũ, homines non attingere, quod etiam in Ilia de teſtari uidetur uates Homerus. Porcum enim illum ſuper cuius interfecti uiſcera iurauerat Agamemnon ſe Briſeidam nunquã attigiſſe, Talthibium in mare proiicientem facit in ijs uerſibus,

Hoſtias ob iuſiurandum mactatas antiquos non attigiſſe.

Agamemnon Talthibius

Sic fatus ſecuit mactati uiſcera porci
Quem poſt Talthibius præſentem piſcibus eſcam
In mare præcipitem ſcopulo deiecit ab alto.

De Sicyonio Soſtrato Athleta, item de Leontiſco Meſſenio, & Polydamante Scotuſeo hiſtoria. Cap. LXIII

Soſtratus

SIcyonium Soſtratum Athletam ferũt duodeuigin ti ex ſacris Græciæ certaminibus Pancratij uictorias reportaſſe. Siquidem Nemeæ & Iſthmi permixtim duodecies coronatus eſt, ex Olympico autẽ & Pythico certaminibus ſex abſtuliſſe coronas dicitur. Mirum autem Athletæ huius decertandi fuiſſe artificium perhibetur, aduerſarij enim ipſo in opere extremas inuadens & capiens manus, illius digitos ſumma ui contor quebat,

quebat, nec uſquam illos dimittere ſolebat priuſquàm ille diſtractorum dolore articulorum deficiens, manus ſibi ultro daret, uictoremq; profiteret & aſſereret illũ. Quamobrem ab hac pugnandi inuenta ratione repertо cognomine, Acrocherſites appellatus eſt. Hoc idem etiam de Leontiſco ex Sicilia Meſſenio pugili memoriæ proditum eſt, qui aduerſarios in lucta ſuos extremos intorquendo digitos facile ſuperaſſe perhibetur. Cęterum ut iſthæc ceu parua & cõſueta prætereamus, uere admiranda ſunt illa, omnemq; penitus fidem excedentia, quæ de Polydamante Scotuſeo ferũtur. Aiũt enim illum robuſtiſſimo corpore uaſtũ, ualidisq; adeo prædituũ fuiſſe uiribus ut obuiũ ſibi quondã in Olympo monte Leonem Herculis æmulatione nullo armatus telo ſolus cõfecerit. Agreſtem quinetiã ferunt eum aliquando ex grege taurum poſterioris pedis extrema parte captum, & ut par eſt, ſubſilientem & recalcitrantem, cõtentis adeo uiribus tenuiſſe, ut magno tandem totius corporis uiriumq; nixu incumbens taurus, non prius inde ſe explicare potuerit, quàm ungula in illius manu relicta, ea mutilatus parte debilis & claudicans ab illo aufugerit. Hic etiam concitas celeri curſu bigas iniecta retro in illas manu eodem ſtans ueſtigio, facile retinuiſſe, illarumque curſum inhibuiſſe perhibetur. Quod de Milone ſimiliter Crotoniate ferunt. Verum uiribus etiam iſte ſuis cõfiſus, ut Milo interiiſſe dicitur.

Leontiſcus Meſſenius

Polydamas Scotuſeus

C Cum

Cum enim aliquando æstatis tempore caloribus maximis in subterraneo concauæ speluncæ gremio cum æqualibus quibusdã suis genio operam daret, crebrioresq́ procedente Symposio iam circunferrentur calices, forte fortuna maximo cum fragore & strepitu spelunca superne disrupta est, patentibusq́ rimis crebrioribus, mox etiam consecuturam ingentem montis ruinam clarissime præmonstrauit, diffugientibus igitur ut tali decuit in re, uniuersis, solus Polydamas erectis in altum brachijs tanquam molem illã subiturus, montemq́ totum fulciturus, intrepide quo discubuerat loco perstitisse fertur, eoq́ modo montis ruina saxorũq́ superiniectu oppressum ultimum clausisse diem, memoranda in omnibus seculis morte perhibetur.

Polydamãtis interitus

De Cleomede Astipalæo Athleta admirabilis historia. Cap. LXIIII

Cleomedes Astipalæus

QVæ de Astipalæo Cleomede memorię prodita sunt, miraculorum magis euentis, quàm naturæ operibus proximiora fuisse uidentur. Ferũt enim eum non ignobilem temporibus illis fuisse pugilem, Olympiadeqúe septuagesima prima Iccum Epidaurium secum decertãtem interfecisse, eamq́ ob rem à iudicibus expulsum uictrici defraudatum corona fuisse, quo statim consternatus ille animi dolore, mente captus & amens in Astipalæam patriam non multo post redijsse perhibetur. Vbi literarium ingressus ludum, in quo

Iccus Epidaurius

sexaginta

sexaginta amplius ingenui erudiebãtur pueri/ligneam columnam,quæ eius conclauis tectũ contignationesq; fulciebat/summa ui loco dimouisse dicitur.Ex quo domus illius cõsecuta ruina,omnes qui eo loci aderãt pueros miserabiliter oppressit. Quãobrem Astipalæi hac tam ingenti calamitate commoti populariter illum ut saxis obruerent persequi cœperunt, sed ille re prius animaduersa ad templum cõfugiens Palladis/in arcam se quãdã cõiecisse eiusq; supra attracto operculo illico in ea se cõclusisse dicit, ad quem cũ irata accessissent plebs, nullaq; ui illã aperire potuisset/diffractis tandem & cõminutis illius asseribus/nihil in ea reperisse dicitur.Stupentibus igit tali miraculo qui aderãt uniuersis,& quonã modo ex oculis euanuisset Cleomedes scire cupientibus/ placuit ut hac de re Apollinem percõtatũ mitterent/ quod nulla interposita mora fecerunt. Illis igitur hac super re deũ consulentibus sic respondit Pythia,

Vltimus heroum Cleomedes Astipalæus
Quem sacris celebrate uiri/mortalia nanq;
Exuit/& terras diuino numine liquit.

Quamobrem Astipalæi postea Cleomedem ueluti indigenam heroëm,honoribus sacrisq; colere diu in more habuerunt.

De Theagene Thasio Athleta historia. Cap. LXV

THeagenem Thasium Athletam,quem pleriq; Timoxeni Herculis æditui filium, nõnulli dei ipsius

fuisse autumant, adeo ualidis prȩcelluisse uiribus ferũt, ut ex sacris Græciæ certaminibus quatuor centenas supra mille coronas reportauerit, de quo etiam puero annos nouem nato huiusmodi miraculum memoriæ proditum est. Ferunt enim illum è literario ludo domum aliquando redeuntem, æneam dei cuiuspiam statuam, quæ in Thasiorum foro medio collocata, puero illhac sæpius transeunti inter cæteras forte placuerat, è basi euulsam humerisq; impositam domum comportasse.

Theagenes Thasius

Cum igitur hac commoti re Thasij necnõ superstitione ducti Theagenem perdere quærerent, uirum quendam ætate existimationeq; inter illos primarium ferunt, commotum quidem uulgus autoritate eloquioue mitigasse, Theageni uero prȩcepisse, ut ocyus statuam illam domo humeris suis in forum reportaret, quod cum dicto, maxima omnium admiratione fecisse puer dicitur. Huius fuisse statuas cõplures, cum apud Thasios ipsos, tum in reliquis Græciæ urbibus, & apud plerasq; etiam barbaras nationes, Pausanias refert, penes quos præcipuo haberetur in cultu, morbisq; etiam quibusdam peculiariter mederi Theagenem constantissima erat fama, quæ hac primum ex origine emanasse perhibetur. Ferunt enim sub eius mortem, uirum quendam Thasiũ cũ quo uiuens simultates gesserat Theagenes, ad æneam illius imaginẽ noctibus accedere solitum, illamq; ueluti de uiuente Theagene suppliciũ sumeret,

meret/flagellis furenter uerberare. Cæterum cum hoc sæpius faceret, ultor aliquando Theagenis astitit dæmon, nam fustibus plagisq; assiduis cõmota decidens statua/percussorem ueluti de cõpacto oppressit suum. Quamobrem cum exorta postea luce, hoc palàm factum esset, interfecti hominis liberi cædis contra statuam agere cœperũt. Draconis enim Athenienſis cautum fuerat legibus, ut inanima etiam ipsa quæ mortis cuiquàm fuissent in causa, cædis tenerentur, & extra regionis terminos eijcerentur. Quãobrem Thasij Theagenis statuam in mare demergi iusserunt. Cum autem iudicium isthuc ualida insecuta fuisset fames/legatos hac super re Apollinem consultum miserũt, quibus nihil aliud respondisse dicit Pythia, præterquàm ut exules reducerent suos Thasij, quod cum illico feciſſent illi, deoq; se hoc modo paruisse existimassent, & nihilo tamen secius inualesceret fames, secundo ad Apollinem mittunt, quibus denuo Pythia ijs ferè uerbis respondit, Obliti ô stulti Theagenis estis, qui inter Thasios/dum uiueret facile primarius fuit. Quãobrem animaduerso tandem oraculo domum redeuntes summo studio statuam illius quærere cœperunt, quam non multo post piscatores quidam prospera usi felicitate è pelago profundo eduxisse feruntur. Summo igitur cũ honore quo prius fuerat loco collocata, maxima postea in ueneratione/& reuerentia semper habitus apud

Thasios fuisse dicitur Theagenes.

De Anaximene Lampsaceno & Lampsaci illius consilio ab Alexandro impetrata liberatione historia recondita. Cap. LXVI

ANaximeni Lampsaceno cum ob ingentia prius collata in omnes ciues suos merita, tum ob seruatam postmodum patriam Lampsacum, æneam Olympię statuam publice Lampsaceni posuisse dicuntur. Cum enim Darij Persarum regis partibus aduersus Alexandrum Macedonem fauissent Lampsaceni, & ob id impatiens, ut semper erat, iræ Alexander, extrema quæq; illis si unquam præberetur occasio furenter minatus fuisset, accidit haud multo post, ut & Darius ipse magno prælio quo uniuersæ eius pessundatæ sunt uires à Macedonibus superaretur, & Alexander ad supplicium de Lampsacenis sumẽdum ardenti animo festinaret. Quamobrem consilij inopes, metuq; externati maximo, Anaximenem Philippo quondam notum & hospitem, & Alexandro etiam ipsi inter paucos familiarem, culpam deprecaturum, ueniamq; suppliciter ab illo exoraturum ad Alexandrum mittunt, cuius cognito Alexander aduentu, cum causam etiam cur ad se tunc accederet probe coniectaret, per deos deasq; omnes conceptis iurasse uerbis perhibetur, se omnia contra ac uellet rogaretq; Anaximenes pertinaciter effecturum. Sub hæc Anaximenes ad regem intro,

Anaximenes Lampsacenus

Anaximenis consilium

introducitur, à quo hilare ut solebat susceptus, cum itineris ab illo Alexander causam, & quid nam secum afferret noui amice percontaretur, nihil aliud inquit rex abs te peto, nisi ut Lampsacum à fundamentis diruas, mœniaq; ipsa, & deorũ sacras ædes stirpitus euertas, uxoresq; illorum & liberos publica præconis uoce hastæ subiicias, hæc effatus uafro, ut aiunt, consilio uictoris Alexandri tumescentem adeo iram compescuit & fregit, ut iureiurando coactus suo, nihil postea crudele aut inhumanum contra Lampsacenos fecisse dicatur. Huius præterea Anaximenis aliud huiusmodi uafre factum, quo eius callida uersutaq; ad omnia ingenijs uis clare dignosci potest, memoriæ proditum est. Cum enim non uulgares cum Theopompo historiarum scriptore inimicitias gereret, ipseq; orator esset excellens, & ad imitandum aliorum scriptionis stilum, & dicendi genera, natura ipsa solertissimus existeret, libellos quosdam sub illius edidit nomine, in quibus Athenienſium & Lacedæmoniorum Bœotiorumq; probra & contumeliæ continebantur. Quamobrem has ab illo res publicas, uniuersamq; insuper græciam nullo negocio abalienauisse dicitur, eoque modo inimicum hominem, quid uis ab illo potius quàm hoc metuentem, insigniter ultus fuisse perhibetur.

Theopompus historiarum scriptor

De

De Sosipolide indigete Eliorum deo, & quãobrem ab illis, cum Ilethya quæ puerperijs præest mirifice sit cultus. Cap. LXVII

Sosipolis Ilethya

SOsipolidem indigetem Deum, quasi urbis custodem & saluatorem cognominatum unà cũ Ilethya, quæ puerperijs præesse dicebatur, cõmuni utrisq; constructo templo religiose Elij coluisse feruntur, cui morum honestate, uitęq; sanctimonia, & integritate ueneranda anus sacrorũ antistes caput & faciem candido contecta uelo assidue rem diuinam facere, solaq; in sacrum illius adytum penetrare solebat, adeoq; præsens rebus illud suis numẽ esse existimauere Elij, ut omnia etiam minima maxima ad illud summa cum religione referrent, maximumq; iusiurandi sacramentum Sosipolidis nomine apud illos constantissime sanciretur. Cultus autem huiusmodi, religionisq; prima origo à tali defluxisse causa perhibet, Arcadas ferunt magnis aliquando conflatis copijs Eliorum fines hostiliter inuasisse. Cumq; illis (ut aiunt) expedita suorũ manu alacriter occurrissent Elij, & iã signa canerent, mulier quædam paruulum sinu gestans infantem, ad Eliorum duces pro acie stantes accessisse dicitur, illisq; cõstanti dixisse animo, se quidem puerum illum pauloante enixam fuisse, cæterum somnio quodam admonitã eundem Eliorum reipublicę belli illius futurum socium bona cum spe afferre. Credita asseueranti fœminæ facile, ut aiunt, res est, acceptoq; puero belli duces ante suorũ

acies

acies nudum illum collocasse dicuntur, & iam infestis aderãt animis Arcades, cum puer illico draco effectus maximum illis terrorem incussit. Turbatis igitur aspectu nouo Arcadibus, & rei miraculo stupentibus, illos alacribus Elij animis inuadentes loco facile dimotos, & in fugam etiam uersos prostrauisse, claramq; ex hostibus uictoriam nulla suorum cęde demum reportasse dicuntur. Quamobrem puerum illum postea Sosipolidem, id est urbis saluatorem heroëm, cognominauerunt, templumq; illi celebre eo loci quo terræ latebras ingredi uisus est draco, construxerunt, unaq; Ilethyam, quę puerum in lucem eduxerat communi templo coli sanxerunt.

Eliorum uictoria contra Arcadas

De Cythero Eliorum amne, eiusq; mirabili medicaui, & de Ionidibus dictis Nymphis, & cur ita sint uocitatæ. Cap. LXVIII

IN Eliorum agro pagus quidã fuerat Heraclea nuncupatus, iuxta quem Cytheros dictus præterfluebat amnis, à quo nõ procul puris cõspicuus undis fons quidam scaturiebat, qui in amne illo deriuabatur. Huius in margine nympharum quatuor quæ cognomento Ionides appellatæ sunt, sacellum fuisse perhibetur. Quarum etiam singulatim nomina memoriæ prodita huiusmodi fuisse dicuntur, Calliphæia, Sinallasis, Pegea, Iasis. Cæterum isthæc fontis illius uis aquarumq; eius occulta fuisse potestas narratur, ut qui scilicet, in il-

Cytheros fluuius

Ionides Nymphæ

Calliphæia
Sinallasis
Pegea
Iasis

D las

las ægroto corpore descendisset, sanus & integer omni procul abacto membrorum corporisque uitio paulo post inde exiret. Tale autem Nympharũ fuisse cognomen autumant, quoniam Ion Gargetti filius Athenis relictis, ea aliquando inhabitasse loca dicatur.

Ion Gargetti filius

De Seria insula rubri maris, & de illius accolis, nec non de Sere in illa animali à quo dictum Sericum. Cap. LXIX

Seria insula rubri maris
Abasa Sacea insulæ

SErum gentem, qui Seriam rubri maris insulam colunt, Æthiopum olim fuisse colonos nonnulli autumant, qui ad eam insulam uicinasq; insuper Abasam & Saceam, ratibus delati ibi sedes fixisse suas dicũtur. Plerique autem Scythas illos fuisse à principio dixerũt, qui Indis commixti ad ea deuenientes loca insulas illas incoluerunt. Sunt etiam qui Seriam non esse rubri maris insulam dicant, sed huiusmodi à Sere effici amne, quemadmodum triquetra illa Ægypti portio, quam Deltam uocant à Nilo fieri fluuio certissimum est. Cæterum hoc utcunq; se res habeat, in præsentia indiscussum relinquamus, id autem quod in cõpertis habetur hoc in loco recensere curemus, apud eam scilicet nationem Serici stamina nasci nõ ex arboribus, aut è terra, ueluti byssus, linumq; & cannabis apud pleroscq; generantur populos, sed ex paruo quodam animali, quod Græci Serem, illi uero alio quodam nomine appellare dicuntur. Est autẽ id corpore satis exiguo, utpote quod

De Sere animali, à quo Sericum

cum

cum maxime excreuisse contigerit scarabei magnitudinem uix altero tanto excedere feratur, terræ autem cauernulas subit/& in scrobium foraminibus libenter inhabitat Aranei speciem prę se ferens illius, qui in arborum ramis textrinam exercens, laxiores conficit telas, pedesq; etiam, ut ille, octonos habere dicitur. Hæc animalia Seres summo nutriũt studio, cõstructisq;/ut anni expoſcunt tempora/casulis/ hyeme quidẽ apricis & tepentibus locis, per æstatem uero umbrosis & algentibus/maxima per quadrienniũ (tot enim uiuere dicunt annos) diligentia illa curant & excolunt/ Elymi herbã, quo maxime gaudent cibo/illis affatim subministrantes, hoc autẽ tẽporis spatio tenuissima Serici stamina illorũ conuoluta conglobataue pedibus eximunt. Cæterum quinto quoq; anno quo ferè interire id solet animal/uiridis calami frondibus illud largiter pascere consueuerunt/quod cibi genus omnibus ferè animalibus gratissimũ esse perhibetur: repleta igitur illo/copioseq; suffarta disrumpi facile feruntur, quorum in fatiscentibus diductisq; aluis, Serici copiosa præclaraq; stamina nullo negocio reperiri dicuntur. *Elymi herba*

De Colonijs in Asiam ab Athenienſibus missis, & de primis Græcorum Colonijs, Cap. LXX

CVr Athenienses Colonos quondã in Asiam miserint, quibusue ducibus, & quando id effectum sit, curq; eum regionis quò appulerunt tractũ Ioniam, *De Colonijs in Asiam ab Athenienſibus missis*

populosq; illos Ionas nuncupatos fuisse constat, hæc memoriæ prodita legimus. Post Codri Athenarum regis mortem, Medontem ferunt & Neleum inter illius liberos natu maiores de paterni successione imperij in controuersiam uenisse, cumq; res procederet, & iam ad manus cædemq; spectaret, nulloq; modo Neleus qui natu minor erat à claudo se regi principe passurum palàm iactaret (erat enim Medon altero decurtatus crure) communi omnium consensu placuit hac super re Apollinem cõsultum iri, interrogata igitur posthac Pythia Medonti (ut aiunt) astipulata est, illiq; imperium dei iussu libere demandauit. Quamobrem Neleus reliquis assumptis fratribus, Athenienſiumq; non nullis qui eius fauerant partibus, præterea Ionibus seré uniuersis qui ab Achæis prius ex Ægialo, quæ postea Achaia est nuncupata, expulsi paucis ante annis in Atticam populariter habitatum uenerant, ad maritimam Asiæ oram nauibus peruenisse dicitur. Quos Phocensium etiam Thebanorumq; nõnulli, & ex Orchomeno Minyarum plerique ob Codri affinitatem consecuti fuisse perhibentur. Quoniam autem maior (ut fertur) instructiorq; exercitus illius pars ex Ionibus constabat, uniuersus regionis illius quo applicuerunt tractus Ionia est nuncupatus, tertiamq; hanc Colonorum ex Græcia deductionem factam fuisse ueterum gestorum autores referunt. Prima enim Iolao fuit duce,

Medon et Neleus Codri filij

Iones Achaiæ prius inquilini

duce / qui post Herculis ab humanis abscessum Athe/nienſium manum immixtis Thespienſibus in Sardi/niam deduxisse dicitur: Secunda uero paucorum spa/tio annorum Tertiam / de qua in præsentia loquimur/ præcessisse perhibetur, qua Thebanus Theras Lace/dæmonios & Minyas à Pelasgis ex Lemno insula de/iectos in Calliſtam deduxisse insulam dicitur, quæ ob literato postea antiquo nomine ab illo est Thera nun/cupata.

Prima colonia Iolao duce in Sardiniam deducta

Theras Thebanus

Secunda colonia in Therã deducta

Myuntis urbis interitus à culicibus. Item de Atar/nensium ciuitate à Culicibus desolata. Cap. LXXI

MYuntem Ioniæ urbem / dum floreret maxime/ casu tali derelictam desolatamq; fuisse / memo/riæ proditum est. Ferunt enim eo regionis in tractu/ quo sita erat ciuitas / maris quendã haud sanè magnũ fuisse sinum, quem Meander è regione influẽs amnis, limosus alioquin & materiæ semper aliquid secum affe rens, obturatis aduectitio luto obstrusisq; illius fauci/bus/& obsepto aditu/ annis uoluentibus paulatim pa/ludem effecit. Ex qua tãta Culicum postea uis est ena/ta, ut illorum molestia & tædio coacti sint Myuntij re/licta urbe patrijsq; sedibus/Miletum populariter com migrare. Quod Atarnensium etiam ciuitati, quæ iuxta Asiæ Pergamum splendide frequenterq; habitabatur quõdã eueniſse dicitur, talẽ enim ob causam relictã ab incolis fuisse illam in Achaicis suis Pausanias prodidit

Myuntis urbis interitus à Culicibus

Atarnensiũ ciuitas propter culices desolata

De Clarij Apollinis oraculo, templiq; illius constructione, non uulgaris historia, necnon de Tiresia Manto, & Mopso. Cap. LXXII

CLarij Apollinis templum, fatidicum q; eo loci dei oraculum, antiquissimum Colophonij fuisse commemorant. Cæterũ Caribus ea obtinentibus loca, primos ex Græcis illuc Cretẽses Rhacio duce accessisse ferunt. Cum enim maritimis ea tempestate uiribus pollerent Cretenses, & aliò colonos cõplures, & ad plera q; Asiæ loca misisse perhibẽtur. à Caribus igitur ij regionis parte quadam accepta, libere illam (ut aiunt) & diu summa tranquillitate coluerunt. Accidit autem sub eo ferè tempore, ut Therſander Polynicis filius Argiuorũ adiutus copijs in parentis ultionem interfecti Thebas ui expugnauerit. Desolata igitur urbe, captiuisq; inde abductis ciuibus Tiresiam cũ filia Manto, reliquosque ex præda captiuos, manubiorum (ut aiunt) loco Delphos Apollini donum misit, qua tempestate Tiresiam Delphos euntem in Haliarto Bœotiæ urbe diem clausisse extremum ferunt. Cum autem hos postea deus in Asiam ire iussisset, & comparatis illi nauibus Apollinis parentes mandatis discessissent, prosperaq; nauigatione usi felicibus auris iam ad Clarũ insulam appropinquarent, raptis confestim armis Cretenses Clari accolæ, extremo in litore aduentantibus illis, & iamiam appellentibus audacter occurrisse dicũtur. Verum illorũ cognita

Rhacius Cretensiũ dux

Therſander Polynicis filius

Tiresias Manto

cognita postmodum accessus causa, & quod dei iussu ad ea uenissent loca benigne illos admisisse, & ad Rhacium eorũ ducem amice deduxisse feruntur, qui à Manto qui nã essent, & cur ad ea accederent loca planè edoctus, hospitaliter illos amanterq; suscepit, & regionis etiam suæ non contemnenda (ut aiunt) parte donauit. Mantũq; ipsam illorũ ducem sibi in uxorem accepit, ex qua postea Mopsum suscepit filiũ, qui post parẽtis mortem illius regno potitus, Caras bello superatos, omnes ex ea postmodum regione facile expulisse dicit. *Mopsus Rhacij ex Manto filius*

De antiquissimo Samiæ Iunonis templo illiusq; fundatoribus, & de Dædalo Cocalicq; filiabus historia. Cap. LXXIII

CElebratissimum Iunonis templũ quod Sami fuerat ab Argonautis extructum fuisse, Deęq; simulachrum illuc ab eisdem Argis aduectũ nõnulli uolure. Alij autem à Samijs ipsis antiquitus exædificatum fuisse dixerunt. Nam Iunonem etiam ipsam ea in insula natam & altam Samiorum ueteres narrabant historiæ, uiticisq; etiam arborem ad sua usq; tempora durantem in eius Deæ delubro, quod Sami nõ longe ab Imbraso uisebatur amne, se uidisse Pausanias refert, sub qua Iunonem primo in lucem editam fuisse constanter asseueraſſe Samios scribit. Fuisse autem templum illud in primis antiquissimũ, cũ ex alijs plerisq; tum ex simulachro ibidem constituto non ab re coniectari *Viticis arbor* *Imbrasus Sami fluuius*

ctari posse dicit. Æginetæ enim Smilidis Statuarij fuisse, eius uidelicet qui Dædali ætate floruerit, quamuis non celebre adeo nomen, ut Dædalus illa ex arte reportauerit. Dædalus nanq; & patria Athenienſis fuit, & ex familia insuper in primis clarus est habitus. Siquidem ex regia Metionidarum prognatus stirpe dicitur, uarijsq; insuper erroribus uitæq; ad omnia exercitæ incommodis, non minus quàm artificio suo clarum & notum fuisse Dædalum constat. Cũ enim nepotem ex sorore suum Athenis interfeciſſet, patriam fugiens ad Minoëm in Cretam peruenisse dicitur, illiq; necnõ eius filiabus ob fingendi eximiam artem acceptus, plurima deorũ heroumq; effeciſſe simulachra perhibet, quemadmodum in Iliade etiã testatur Homerus. Cæterum cum Minois postea animum Theſei gratia offendisset, cum Icaro filio cõiectus in carcerem, ægre inde aufugisse, & in Siciliam ad Cocalum insulæ illius tyrannum tandem peruenisse dicitur. Eamque maxime fuisse causam cõstat cur Siculis Minos bellũ postea intulisse dicat, cum sibi Dædalum expoſcenti contumacius responsum fuisset à Siculis, & Cocalus illũ tradere noluisset. Adeoq; per ea tẽpora à Cocali filiabus ob artis excellentiã suæ in honore & gratia habitus fuisse dicitur Dædalus, ut eam solam ob causam puellæ in Minois necem, quam etiã patrarũt, immaniter cõspirasse ferant. In uniuersa igit Græcia has ob res, Siciliaq; &

Dædali nobilitas & exercita uita

Cocalus Siciliæ tyrannus

magna

magna etiam Italiæ parte Dædali nomẽ clarum fuisse constat, Similidis autem ipsius contrà, obscurior fuit fama, cum nulla rerum claritudine illius innotuerit uita, nam eius etiã ad exteras nationes, peregrinatiões, præterquàm ad Samios & Elios, nullæ aliæ reperiuntur.

De Daphne Arcadica alia quàm quæ uulgo fertur historia. Cap. LXXIIII

De Daphne Arcadica alia quàm quæ uulgo profertur historia

QVæ de Daphne Arcadica, & Apollinis amoribus, eiusq; postremo in Laurũ transformatione feruntur, celebriora apud omnes existunt, quàm ut à quoquam amplius commemorari debeant. Cæterum Arcades ipsi, & Elij insuper hac de re aliter sensisse uidentur. Ferunt enim Oenomao Pisæ tyranno filium fuisse nomine Leucippum. Qui cum Daphnem puellam perdite amaret, illiusq; prece aut precio potiundæ spem nullam penitus haberet, uirilem enim sexum exosa uirgo syluis sese & montibus penitus abdiderat, huiusmodi machinatus fuisse dicitur facinus. puellari assumpta chlamyde, cæsarieq; quam pulcherrimam Alpheo deuotam amni nutriebat, uirginis in morem religata, sexum mentitus fœmineum, Daphnẽ aliquando adijt, seq; Oenomai natã esse professus est, & uenationum liberioris q; uitæ cupidam ad illam se uenisse insimulauit. Creditum facile est (ut aiunt) à simplici puella mendacium, nam & ea Leucippus erat ætate & facie, & is corporis insuper aderat cultus, ut haud magna cũ re

uel à quocunq; etiam puella existimari posset. Quã/obrem in sodalitatem illius receptus/breui sanè tempore cum præclari generis nobilitate/ tum uenãdi studio & peritia omnes facile reliquas superaret uirgines/ assiduoq; in illam præ alijs uteretur obsequio, illius etiam gratiam magnopere demeruisse fertur. Sunt qui dicãt Apollinem ei hanc ob rem postea succensentem, ut ab illo meritas sumeret pœnas/uirginũ mentibus aliquando miram se in Ladone fluuio lauandi cupiditatẽ inie cisse, cumq; depositis riparũ in margine tunicis nudæ omnes amnem ingredi contẽderent, solusq; perstaret Leucippus,neq; tunicas ponere uellet/ui ab illis tãdem exutus,uirq; præter omnium opinionem deprehẽsus/hastilibus,iaculisq; confossus fuisse dicitur.

Leucippus à uirginibus interficitur

Quomodo Helice Achaiæ urbs sit absorpta,item de simili Ideæ urbis in Sipylo interitu. Cap. LXXV

HElicem Achaiæ urbem quæ terræmotu funditus hausta fuit/tali interijsse modo memoriæ prodi/tum est. Ferunt hyemis tempore marinos adeo eo loci increuisse fluctus, ut uniuersus ferè is regionis tractus restagnantibus inundaretur aquis. Lucus quinetiã Neptuni Helicei qui secundum mare fuerat,sic aquis inundatus repletusq; fuisse perhibetur, ut summa uix arborum cacumina undis extantia ex reliquo stirpium corpore cerni possent. Vrbem autem ipsam editiori in loco sitam / maris undiq; æstus insulæ in morẽ alluebat.

Sub

Sub hæc ualidior terræ insequutus est motus, qui maximo postea impetu retrocedente pelago, urbem cum habitatoribus uniuersam à fundamentis diruit & euertit, & in profundissimã pelagi uoraginem illicò demersit, cuius uestigia quædam in litorum marginibus qua mollius desæuit mare sub aquis nunc etiam apparere perhibentur. Periisse autem Helicem cẽtesimæ primæ olympiadis anno quarto ferunt. Huic rei simile quiddam de Idæa in Sipylo monte urbe memoriæ proditum est, quæ terræ absorpta hiatu lacum Saloën nomine ex sese effecisse dicitur, cuius in fundo murorum adhuc etiam uastæ uisuntur ruinæ.

Quo tempore absorpta est Helice.

Ideæ in Sipylo urbis interitus

De sepe malefico in primis animali, deq; illius ferocia. Cap. LXXVI

SEps maleficum in primis animal inter serpentium commemoratur genera, cuius ueneni mortifera tabes, præsentaneã adeo afferre necem perhibetur, ut uniuersum etiã ab illo interempti animalis corpus ocyssime cõputrescat, & illicò dilabatur in tabem. Est autem is corpore toto minimus, uipera, haudquaquã maior, colore cineraceo, dorsoq; inæqualibus quibusdã maculis distincto & uariato, caput autem perquàm latũ habet, cum colli ualde sit angusti, aluus uero illi uasta est & exigua admodum cauda. Hic in serpentium genere unus cancrorum more transuersim ingredi, & in latus incedere dicitur, quod etiam nonnulli de Ceraste ser-

Forma sepis

Plinius Secundus

pente memoriæ prodiderunt. Animal hoc Plinius Secundus lacertam appellat, additq; insuper à pleriſq; id Chalcidem uocitari, & quod è uino pota ijs qui ab eo morſi fuerint præſentiſſimo remedio eſſe ſoleat. Ab hoc

Aepitus Elati filius

Æpitum Elati filium Arcadiæ dominũ uenenato morſu interemptum fuiſſe, memoriæ proditum eſt. Cuius monumẽtum lapidea cinctum crepidine in Sepia Arcadiæ monte ſe uidiſſe Pauſanias refert, & alioquin ſtu

Homerus

dioſiſſime illud ſpectaſſe, quoniam ab Homero in ijs quæ de Arcadibus ſcribit, is etiã memoratur tumulus. Eo autem in mõte Sepas produci enutririq; Arcades qui eo loci degunt affirmaſſe idem ſcribit autor, uerum admodũ raros. Niuibus enim perpetuis mons ille obtineri dicitur, maximisq; ſemper frigoribus uniuerſum loci illius obrigeſcere aiunt tractum. Ex quo ſerpẽtium genera, uel interire ſi qua ex latebris exeant, uel in ijs commorantia raro admodum ab hominibus conſpici ueriſimile eſt.

Quales nam fuerint Stymphalides aues, decq; illarum forma & robore. Cap. LXXVII

QVales nam fuerint Stymphalides aues, quas hominum infeſtas generi apud Stymphalum Arcadiæ olim fuiſſe, & ab Hercule ſagittis interfectas dicitur, apud autores non comperimus ullos. Cæterũ Ara

Stymphalides aues

biæ deſertos tractus & alia producere ferarum genera & dirum quoddã gignere uolucrũ genus, quas Stymphalidas

phalidas uocant/in cõfeſſis habetur. eæ gruum magnitudine unguibus incuruis roſtroq; armatæ ualido/ſe uenãtes audacter inuadunt/clypeosq; & thoraces cæteraq; id genus ex ferro munimenta/roſtri firmitudine facile tranſuerberare,& ſub ijs etiam hominem occidere perhibentur. Quamobrem unicum ad id remedium longa experientia inuentũ fuiſſe autumant,ſi multiplices pannoſasq; tunicas ſuper indutus quiſpiam ad illas accedere ſtudeat, roſtri enim in illis lãgueſcens hebetat uis, & ungues incurui primo inhærẽtes ſub ictu, haud facile poſtmodũ inde expediri queunt. Cum igitur ueluti irretitæ teneantur, & neq; impetu hominem uerberare, neq; ſe libere expedire poſſint,facilem profecto ſui capturam præbere illas neceſſe eſt.

Stymphalidum forma & robur

De monili Hermiones Cadmi uxoris, & quod omnes illius poſſeſſores infortunia ſint conſequuti. Cap. LXXVIII

ALcmeonem ferunt Amphiarai filium occiſa matre Eriphile/furijs uexatũ ex Argo ad Phegiam Arcadiæ urbem profugiſſe/quam poſtea Pſophidem appellatam fuiſſe fama eſt,eo loci à Phegeo urbis illius domino hoſpitaliter ſuſceptus,& ob generis dignitatẽ maximo in honore habitus/illius filiã Alpheſibœam nomine in uxorẽ etiam accepiſſe dicitur. Cui cum alia (ut fit)pleraq; tum celeberrimum illud monile,quod à Vulcano fabrefactum Hermione Cadmi uxor acceperat/dono dediſſe perhibetur. Cæterum cum nihilo ſecius

Alcmeon Eriphile. Phegeus Alpheſibœa

Monile à Vulcano confectum & Hermionæ traditum

cius eo etiã in loco diris exerceretur ultricibus, indiesq; magis talis inualeſceret morbus, ad Delphici Apollinis oraculũ ſupplex confugiſſe dicitur, cui Pythia tellurem quampiã (ut aiunt) nouã quærere, ſedesq; ibi ſuas figere iuſſit, fore namq; ut eo ſolũmodo matris ultrices umbras effugere ualeret. Quamobrem inde diſcedẽs cum errore uagus uario ad Acheloi tandem fluenta peruenisſet, è regione illius inſulam cœnoſo amnis congeſtu effectã animaduertit, in quam tranſgreſſus, & à furore illicò liberatus Callirrhoem Acheloi amnis filiã in matrimoniũ deduxit, ex qua progenitus Acarnã, finitimæ poſtea regioni æternũ dediſſe nomẽ dicitur. Cæterum gentis humanę (ut fit) uitio, Callirrhoe etiam ipſa mundum illud Eriphiles habere cõcupiuit. Quamobrem uirum Alcmeonem ſummè ſibi hac in re aduerſantem, in Arcadiam redire coegit inuitũ, quò accedens à Phegei poſtea liberis Temeno & Axione dolo interfectus fuiſſe dicitur. Qui monile poſtmodum illud Apollini Delphico donaſſe perhibẽtur, ſed hos etiã nonnulli ab Alphesibœa poſtmodũ ſorore, interemptũ ulciſcente coniugẽ, è medio ſublatos fuiſſe prodiderunt, quod in Elegijs Propertius his carminibus atteſtari uidetur,

Acarnan

Callirrhoe Acheloi filia

Temenus & Axion dolo Alcmeonem interfecerũt

Propertius

Alphesibœa ſuos ulta eſt pro coniuge fratres
Sanguinis & cari uincula rupit amor.

De Adraſti celeri equo, ubi recondita de Neptuno & Cerere ponitur fabula. Cap. LXXIX

De

DE Arione Adrasti equo, quem Homerus uates diuina stirpe progenitum in Iliade scribit, & de quo etiam Latini loquuntur poetæ, hæc fabulosius memoriæ prodita sunt. Ferunt enim Neptuni illum & Cereris fuisse filium, natumq; in Ongij Telpusiorum tyranni armentis in Arcadia istiusmodi origine fabulosa. Cererem aiunt dum Proserpinam quæreret natam, ad ea aliquando loca errabundam peruenisse, dumq; Neptunum se insequẽtem, & in amplexus suos quaq; arte & studio uenire flagrantem latere studiosius cupe ret, se in equam transformasse, & inter innumeros Ongij equarum greges, quæ forte eo loci pascebantur, sese mediam dedisse ferunt. Cæterum hanc Neptunũ diu latere fraudem non potuisse, quamobrem & ipse in equum transfiguratus, illi se cõmiscuisse dicitur. Ex Neptuno igitur & Cerere filia nata est, cuius nomen sacris initiatorum mysterijs in abditis latet. Ex equa uero & mare equo quorũ corpora intrauerant numina, Arion genitus fuisse perhibetur. Hunc Hercules postea dum Elim urbem oppugnare pararet, ab Ongio accepisse, illoq; uectus equo Elios deuicisse fertur, quem postmodum etiam Adrasto dono dedisse commemorant.

Ongius Telpusiorum tyrannus

Fabula de Neptuno & Cerere

Antiquissimam urbium dictam Lycosuram in Arcadia, & quod de Iouis incunabulis Arcades cum Cretensibus dissenserunt, & de Iouis Lycei admirando delubro. Cap. LXXX

Anti/

ANtiquissimam urbium omnium quæcũq; uel in continenti unquam terrarum tractu uel in insulis fuerunt ædificatæ, Lycosuram suam Arcades fuisse commemorant. Hæc non longe à Lyceo aberat monte, qui inter reliquos Arcadiæ mõtes celeberrimus semper est habitus / cum altitudine sua, si quidem ex illius uertice uniuersam sub aspectu Peloponesum uideri affirmant, tum Iouis incunabulis, quę sibi summo studio Arcades uendicare contẽdebant, locumq; etiam in illo Cretam nuncupatum ostendebant / in quo Rheam Iouem peperisse fama erat / atq; inde uocabuli ambiguitate adductos Cretẽses Iouis sibi natalia usurpasse affirmabant. Aras quinetiã eo in monte ostẽdisse, Nymphārumq; nomina retulisse, quæ infantem nutriuerant Iouem perhibentur. Mirum præterea quiddam auctores illo etiam de monte memoriæ prodiderunt, Fuisse enim eo loci Iouis cognomento Lycei delubrum cuius ab ingressu uiri penitus omnes arcerentur, quod si quis spreta religione contumax illud intrare fortè ausus fuisset, hunc dixere integrum postea annum non superuixisse. In hoc igitur delubro neq; hominem autumant, neq; feram, ullam ex sese umbrã iacere unquã potuisse, hunc montem non modo Lyceum / sed sacrũ etiam uerticem / & Olympum appellare Arcades consueuerunt.

Lycosura urbium antiquißima

Iouis incunabula apud Arcades non pernes Cretenses

Iouis Lycei delubrum

Qui nam pugiles morte obita uictores fuerint declarati. Cap. LXXXI

Coro/

COronarũ insignia uictoribus cum patriæ paren/ tumq; claro etiam præconio in sacris Græciæ cer taminibus non solum uiuentibus/sed ijs etiam qui uita functi essent,si cui forte inter certandum id contigisset, haud secus dari recto sanè instituto fuerat in more po situm. Siquidem unum atq; alterũ accepimus post ef/ flatam illicò animam uictores declaratos & insigniter coronatos fuisse. Archionem enim Phigaleum ex Ar/ cadia legimus, cuius lapideã imaginem lõgo iam æuo exesam & undiq; labefactatã Phigaliæ foro in medio se uidisse Pausanias scribit,Olympiade quarta & quin quagesima in Elidem uenisse, & ad sacrum pugilũ cer/ tamen cum reliquis descendisse,cumq; alios quidẽ om nes(quo erat robore) facile superasset/unicusq; illi dũta xat,reliquus supereſſet aduersarius/dum eundem cupi dius(ut aiunt) quàm cautius aggreditur,ceruices illi su/ as strictius captãdas incaute præbuisse dicitur. Quare cum arctius premeretur & præcluso iam spiritu defice/ ret & in genu concidisset/quo aduersarium à se propel leret,apprehẽso pedis eius articulo quãta maxime mo riens potuit ui/digitum illius diuulsisse & fregisse dici/ tur.Cumq; eo coactus dolore se uictũ exclamasset ille/ Archionemq; suo etiam testimonio uictorem profite/ retur dimitteretq;,ante suos illum pedes expirantẽ ani maduertit.Quamobrem Elij Archionẽ mortuũ uicto rem declararunt/eiusq; cadauer uictrici insuper corona

Archio Phigaleus

Archio post mortem ui/ctor decla/ratus

qualis Olympionicis dari mos fuerat, alijsq; laudibus rectissime honestasse perhibentur. Simile etiam Argiuorum apud Nemeam altero de pugili iudicium fuisse fertur, quod ab uniuersa postea Græcia miris laudibus est celebratum. Decertauerant pugiles (ut aiunt) duo Creugas Dyrrachinus, & Damoxenus Syracusius, ad extremam usq; diem non minus animis quàm uiribus pares, neq; alter ex alterius quippiã detraxerat laude, cumq; iam nox instaret, imperfectumq; certamẽ illud relinquere nollent, hoc inter se conuenere modo, ut alter scilicet alterius uicissim plagam exciperet. Prior igitur Creugas, cui id sorte obtigerat, Damoxeni caput maxima ui pugno percussisse dicitur, quod ægre sustentans uulnus, & perferẽs Damoxenus euasit tamẽ, paulopost Creugam Damoxenus elato supra caput suum brachio stare, nudũq; sibi latus ostendere iussit, cumq; illi paruisset Creugas, cæstu, quẽ adhuc antiquo de more ex loris factum Melichiam uocabãt, quo liberior ad ictum esset manus, humi proiecto, subrecto digito patens aduersarij latus punctim magna ui ferit, quod deductis maxime eo in loco costarum intersticijs, cum unguis ipsius acuta acie, tũ articuli firmitudine facile trãsuerberasse præcordia atq; disrupisse dicit, & iniecta post modum manu illius dilacerans uiscera, morientem (ut aiunt) Creugam humi facile prostrauit. Cæterũ dum eo se modo uictorem ostendere cupit, à uera uictoriæ gloria

Creugas Dyrrachinus pugil

Damoxenus Syracusius

Melichias cæsti genus

gloria non immerito decidit, siquidē Argiui illum tanquam fœderum contemptorem, fideiq; impium uiolatorem, quod non uno solum, ut conuenerat, sed multis continuo uulneribus aduersarium confeciſſet, conuitijs probrisq; à certamine abegiſſe, & iacentis Creugæ cadauer coronatum honestiſſimo funere sepeliſſe dicuntur, uictoriāq; ex illo certamine reportaſſe Creugam, cum alijs pleriſq; tum publicis etiam monumentis, statuaq; illius in Apollinis Lycij templo Argis postea collocata, locupletiſſime atteſtati sunt.

Cur Thebæ Bœotiæ Heptapyli sint appellatæ, & de portarum illius nominibus. Cap. LXXXII

CVr nam Bœotias Thebas Heptapylas Græci cognominent poetæ, in promptu cui uis causa esse poteſt, uerum quæ nam illarum fuerint nomina, & unde originē deduxerint primam à solo Pausania, quod sciam, memoriæ proditum est, qui in Bœotijs suis hæc refert. Electridas portas ab Electra Cadmi sorore fuiſse appellatas. Prœtidas à Prœto quodam indigena dictas, cuius se ætatem aut res gestas apud nullum comperiſſe scribit autorem. Nesas alias nuncupatas, quoniam iuxta illas Amphion unam citharæ cordā Netem appellatam primū inueniſſe dicitur, uel, ut alij malunt, à Neido Zethi filio dictas. Creneas à fontibus alias, alias Hypsistas cognominatas, quoniā iuxta illas hypsisti, id est, supremi, cognomēto Iouis, celebre fuerat tem-

Heptapyli Thebæ

Electrides

Prœtides

Neſæ

Creneæ

Hypſiſtæ

Ogygiæ plum. Ogygias deinde alias ab Ogygo antiquissimo regionis illius rege. Postremas uero Homoloidas, quarum appellationem nouissimam, sicut Ogygiarum antiquissimam fuisse idem autor existimat, talemq; illius causam adducit. Cum Thebani maximo prælio apud Glisantem Bœotiæ urbē ab Argiuis superati fuissent, illorūq; pars non contēnenda cum Laodamante Eteoclis filio urbe exissent, ut Illyrios peterent, inter eūdum pleriq; (ut in multitudine incomposita fieri cōsueuit) in Thessaliā diuerterunt, montemq; Homolem inter reliquos eius regionis fertilem maxime, & aquarum fontibus passim scaturientem & irriguum, occuparunt. Qui postea cum à Therſandro Polynicis filio, qui Thebarum imperio à uictoribus Argiuis fuerat donatus, domum ad patrias incolēdas sedes reuocati essent, portas eas per quas ab exilio redeūtes urbem ingressi fuerant, quia ab Homole ueniebant monte, perpetuo illius cognomine insigniuerunt. Cæterū legimus etiā in Æschili tragœdia, quæ septē ad Thebas inscribitur, Ongeas quasdam Thebis denominatas fuisse portas à Pallade cognomine Ongeæ, iuxta ædificato templo sic appellatas, Onga autem apud Phœnices dicta est Pallas à quibus originem traxisse dicitur Cadmus.

Homoloidæ

Laodamas Eteoclis filius

Therſander Polynicis filius

De Androclia & Alcide Thebanis uirginibus, quæ pro patriæ salute mortem sibi consciuere, rara historia. Cap. LXXXIII

Thebis

THebis Dianæ cognomine Euclíæ, nos Celebrem interpretari poſſumus, clarũ in primis fuerat templum, cuius deæ Sophocles etiam in Tragœdijs meminit. In hoc Androcliã & Alcidam Antipœni filias uirgines ſepultas fuiſſe perhibent. Has quoniã ob patriæ charitatem ſibi ipſis ultrò mortem conſciuerunt, in honore diu habitas longiſq; ſeculis celebratas fuiſſe, memoriæ proditum eſt. Cum enim bellum aliquando inter Thebanos & Orchomenios ob Clymeni necẽ conflatum eſſet, & Erginus Clymeni filius Orchomenio-rum tyrãnus maxima ſuorum manu in Thebanorum fines hoſtiliter irrupiſſet, Herculesq; p Thebanis tunc ſtaret, priuſquàm cõcurrerent acies, & res ad manus ueniret, oraculũ Thebanis huiuſmodi datum fuiſſe perhibetur. Victoriam ſcilicet illos reportaturos, ſi ex Thebanis quiſpiã generis nobilitate, antiquorumq; gloria excellens & clarus mortem pro patria ſponte ſua oppetere uellet, hoc cognito oraculo, cũ Antipœnus quidam nomine, dignitate ſimul nataliũq; claritudine omnes ſine controuerſia Thebanos anteiret uerum animæ cupidior uideretur, eæ quas ſupra narrauimus uirgines illius filiæ ultrò conditionẽ eam accepiſſe dicuntur, morteq; ſua celeberrimam patriæ uictoriam ſumma cum laude ſtatim repræſentaſſe.

Androclia & Alcide pro patria mortem ſibi conſciuere

Clymenus Erginus

De Tritone marino à Pauſania uiſo, deq; illius formæ habitu, & quomodo is fuerit exceptus. Cap. LXXXIIII

Triton marinus

TRitonem marinũ apud Tanagreos in Bœotia se uidisse Pausanias scribit. Et alterũ item Romæ inter miracula habitum / uerum paulò Tanagreo minorem. Commixta autẽ illos esse forma hominis cum pisce, caput enim capillo contectum habere / sed qui neq; facile disterminet̃ separetur ue / coloremq; referat eiusmodi qualem in palustriũ dorsis ranunculorũ esse conspicimus. Naribus præterea esse dicit humanis id animal / quãuis sub auriculis branchias habere uisatur. Os autem habere rescissum & latum ferinosq; cõplures in eo dẽtes, & glaucos oculos scribit, Manus insuper cum articulis ad humanã maxime effigiem expressis, digitorumq; ungulas cochlearũ ostreis perquàm simillimas habere. Reliquum uero corpus tenuibus contectũ squamulis, caudatũ desinere in piscem, quales delphinorum extremæ perhibentur partes. Et hac quidẽ illos esse corporis forma scribit. Cęterum Tanagreũ Tritonem hoc captũ fuisse modo cõmemorat. Cum enim is aliquãdo regionis illius maritimã infestaret oram, stabulãtesq; / ut fit / in litoribus illis pecudes cæteraq; id genus animalia obseruãs, ex insidijs sæpius raperet, quotidieq; hoc crassaretur modo, lembosq; etiã paruos aliquando aggressus fuisset, neque ulla arte à Tanagreis omnia iam expertis excipi posset, huiusmodi tandem consilium felici rei ipsius euentu quidam machinati fuisse dicuntur.

Triton uini auidus

Vini congiũ suauissimi extremo in litore exposuerunt, indeq;

indeq; recedentes quid ageret id animal obseruare cœperunt, sub hæc è mari ut solitum fuerat egressum fuisse monstrum, paratumq; uini reperiens dolium, auidius hausturn totum ferè ingurgitasse, paulòq; post uini oppressum ui in profundū resolutū fuisse somnum, humiq; stertens aliquandiu iacuisse, quò accedentes Tanagrei illius iacentis caput securi amputarūt, corporiq; detractū tergus pro miraculo posteris in Dionysij templo uisendum collocauerunt.

De Hesiodi uatis interitu apud Naupactum, illiusq; sepulchri inuentione historia. Cap. LXXXV

Hesiodi uatis interitus. Ctemenus & Antiphon Aganytoris filij

HEsiodum poetam sunt qui Naupacti lōgo senio diem suum obijsse ferunt, nonnulli autē à Ctemeno & Antiphonte Aganytoris filijs interfectum fuisse ob uiciatam illorum sororem dicunt. Cæterum utcūq; sese habuerit res, in agro illum Naupactiorū sepultum sanè fuisse cōstat, & plerisq; etiam seculis, illius ea in regione cineres iacuisse. Cum autē annis postea uoluentibus ualida morbi contagio Orchomenios inuasisset, passimq; homines & bruta simul absumerent omnia, ad Delphicum Apollinis oraculū hac super re percontandum misisse dicuntur. Quibus respondit Pythia expeditum illius remediū fore mali, si Hesiodi ossa Naupacti iacentis, inde secum domum asportarent, aliter enim minime à peste illa liberatos iri. Cumq; secundo illi de inuentionis modo deum cōsuluissent, rursus illis respon-

respondisse dicitur Pythia, ut bono animo essent/ Cornice{que} duce & præmonstratrice fidenter uterentur. Dei igitur iussu Naupactũ profecti sunt, ibi{que} naui statim egressis, non procul à uiæ recto tramite/ Cornix in lapide residens apparuisse dicitur/ ad quem accedentes Orchomenij in illius excauata quadã parte Hesiodi conditos cineres reperisse feruntur, quos domum secũ portantes magnifico extructo tumulo illos/ iuxta Minyi sepulchrum cõdiderunt, huiusmodi{que} super Epigramma indiderunt,

Hesiodi epitaphium

Ascra mihi patria est, gelidis Heliconis in oris/
Sed me nunc Minyis subdita terra tegit.
Hesiodum/ Graias celebrat quem fama per urbes,
Non contemnendæ iudicio Sophiæ.

De malis medicis, quæ & hesperica & aurea fuerunt appellata, & de illorum ui contra omnia uenena. Cap. LXXXVI

MAla medica, quæ & persica cognominata sunt/ diu apud ueteres sicut mensarum honore & gratia, ita proprio etiam & peculiari nomine caruerunt solum{que} uel deorũ simulachris ob decorem coloris{que} speciem offerebãtur/ uel in clausis uestiũ arcis odoris commendatione reponi solita sunt/ cum alioquin eas etiam à tineis præseruare immunes dicerentur, insequuta ætas/ & ijs ut cæteris alijs pomorum generibus uesci assueuit, & nomine eisdem imposito citra appellari posteris

Mala medica diu non cognita

steris tradidit,cum prius à regionis,à qua deuecta fue/rant,nomine Medica seu Persica uocarentur,quamuis Iuba rex in historijs suis,hæc à Libyæ populis Hespe/rica,siue Aurea à colore mala appellari dicat, primũq; Herculem ab Hesperidum hortis reuersum eadem in Græciã aduexisse scribat, & Asclepiadem in Ægyptia historia memoriæ prodidisse cõmemoret, in Iouis Iu/nonisq; gratiam in nuptiarum celebritate diuinarum, terram matrem arborem hanc primitus ex sese edidis/se. Cæterum utcunq; res se habeat/Theophrastus pri/mus inter autores(quod sciam)hac de arbore/ eiusque eousq; innominato fructu, mentionem fecit, quem ue/stigio insecuti Virg. in Georgicis suis, & Plinius in hi/storia naturali,eadem ferè de illa retulisse uidẽtur. Ver ba autem Theophrasti ex quarto de stirpiũ historia li bro,istiusmodi ferè sunt. Media & Persia cum alia ple raq; peculiaria,tum Persicã siue Medicam appellatam ferunt malum. Folio autem arbor est hæc Lauro simi/li,uel quod Andrachnæ,aut nucis iuglandis formæ nõ dissimile uideri possit,spinasq; in ramis habet ex inter uallo acutas & leues/quales siluestres gerũt piri/aut ex Oxyacantha,uerum firmas & prẽualidas,eius fructus cum alioquin odoris sit iocundissimi,sicut & folia, non estur tamen/ sed inter sepositа cõcluditur uestimenta, eaq; commode illæsa præseruare dicitur. Quinetiam ferunt illum contra omnia ebibita uenena præstantissi

Iuba rex Mala hesperi ca siue aurea.

Asclepiades qui Aegypti/am cõscripsit historiam

Theophra/stus

Virgil. Maro Plin. secundus Verba Theo/phrasti

mo esse remedio, orisq; graueolentiã prohibere, cõmendari enim præcipue illius halitum, qui corticum ex iure aut ex aqua decoctorũ lambendo expressum ore exceperit succum. Reliquaq; addit postea idem autor, quæ ad illius cultum sationemque arboris peculiariter exhiberi solent. Cæterum Athenæus Naucratites in Sophistarum cœnis de malo Persica mentionem faciens, cuius fructum sua iam ætate citrum passim appellatum fuisse dicit, posteaquàm illius eximiam contra omnia uenena naturam, & præsentissimam uim si primo sumeretur cibo, mirifice celebrauit, ist hæc etiam in illius sermonis calce, peculiarius se de illo comperisse commemorat. Ait enim Ægypti præfectum quẽdam cõterraneum suum, hominem sanè grauem, & sibi inter paucos familiarem, narrare solitum, se aliquãdo neq; quam quosdã sicarios sceleris manifesti conuictos, necí destinasse, & ut in theatrũ adducerẽtur iussisse, eo nãq; in loco uniuerso inspectante populo, à uenenatis quibusdam animalibus illos confectum iri in animo habuisse. Cæterũ dum ad supplicium ñ à militibus deducerentur, inter eundũ cauponæ cuidã obuiasse mulieri quæ citrum forte manu retinens comedebat, quæ cum ab illis, ut sibi pomum id concederet, esset rogata, miseratam mulierem citrum illud bipartito secuisse, nã duo forte erant illi, & utriq; æquam illius portionem dedisse, quod ab illis auide, ut aiunt, illico fuit deuoratum.

Athenæus Naucratites

Quæ mali medici sit uis contra omnia uenena

Syb

Sub hæc ad destinatum illos locum peruenisse, & inter serpentium globos aspidumq; uenena coniectos, satis diu eo loci firmos perstitisse, cumq; nihil ab illis passi essent mali, inde illæsos tandem & incolumes præter omnium spem eductos fuisse. Cum igitur res illa, ut erat omnibus ultra humanã fidem admirabilis uisa fuisset, aliiq; alia hac super re licenter fabularent, se statim summa cura à militibus iis qui custodiis præerant publicis exquisiuisse, quid nam homines illi egissent, aut quod in cibariis suis tam ualens pharmacũ, quod uenena hebetare posset, prægustassent. Cum autem illi nõ nisi cõsueta eos pulmentaria degustasse affirmarent, illudq; quod inter eundum de citro cõtigerat insuper adderent, tenui inde suspitione enata, neq; ea tamen satis firma iussisse ut postera die illis ad supplicium adductis, alteri quidẽ ad uescendũ nõ nisi consuetę darentur escę, alteri uero Citra solũmodo tribuerent, quo effecto paulo post deductis in theatrũ hominibus se clarissime perspexisse illũ, qui citra comederat inter serpentes expositũ, quamuis quosdam corpore excepisset morsus, illæsum tamen & incolumem totam ferè diem perstitisse, cum is qui alias prægustauerat escas ad primum statim serpentis cuiusdam morsum exanimis concidisset.

De Copis cœnæ nomine apud Lacedæmonios, & illius apparatu, necnon: quæ apud eosdem Phæditia,

& Epaícla uocitata fuere cõuiuia. Ca. LXXXVII

COpis Cœnæ nomen apud Lacedæmonios fuiſſe dicitur, quæ cũ pluribus de cauſis inter ipſos, tum puerorum infantium feſtis maxime diebus, qui ob id Tithenida uocabantur factitari conſueuere, in quibus nutrices maſculos infantes in ſuburbanis agris ad Dianæ cognomento Corythalię templum ferre ſolebant. In eo autem cœnarum apparatu ſcenulas primo quaſdam iuxta ſacram Deæ ædem extruebãt, in quibus ex agreſti materie uiles ſternebantur thori, qui patrijs poſtea tapetibus operiebantur, ubi diſcũbentes conuiuæ ciues aduenis (ſi qui forte aderant) immixti palàm epulari ſoliti fuerant. Obſonium autem caprarũ erant carnes, aliud enim animal præter id illis in ſacris immolari fas non erat, panis uero conuiuis rotundus dabatur forma paulum compreſſiore, & ad rapę ſimilitudinem accedente, quem Phyſicilum uocabant. In diſcumbentium quin etiam capita recentẽ caſeum, ſuminiſcq; partem & placentæ fruſtum diuidebant, in ſecundarũ autem honore menſarum, caricæ apponebantur, & fabæ uirentes cum faſeolis recẽtibus. Et iſthæc cœnæ cognomento Copis apud Lacedęmonios fuiſſe dicitur apparatus. In ijs autem conuiuijs quæ apud illos Phæditia appellabantur, ſeorſum conuiuarũ unuſquiſq; diſcumbebat, omnibusq; panis pro libito, uinumq; affatim apponebatur, obſonium autẽ æqua ſingulis portione

Dianæ Corythaliæ tẽplũ.

Copis Cœnæ apparatus

Phyſicilus Panis

Phæditia apud Lacedæmonios conuiuia

ſuilla

ſuilla caro aqua decocta dabatur, aliudq; præterea nihil præter illius decoctæ ius, in ſecundis autem menſis oliuæ caſeusq; & fici afferebantur, & in conuiuij calce illa quæ à Lacedæmonijs Epaicla nuncupabantur, erāt autem placentulæ quædam ex farina & oleo confectę & in laurinis foliſs conſutæ, & eo modo decoctæ. Ad hæc autem Phæditia qui ciuium impenſæ & oneri ferendo erant, ſinguli farinæ ternos ſemodios atticos cōferebant, uini autem ſextarios duodecim, & caſei ficorumq; præfinitum quiddam pondus. Obſonij præterea nomine decem æginetícos obolos. Carniorum autem conuiuia quæ apud eoſdem in honorem Apollinis nouem continenter fiebant diebus, militaris cuiuſdam conuictus imaginem præ ſe ferre uidebātur. Sub expanſis enim diſcumbebant tentorijs, quę nouem numero Sciadia ab illis appellabātur, nos umbratiles ſcenas uocare poſſumus. Nouemq; in ſingulo quoq; papilione diſcumbebant uiri à trinis omnes electi tribubus, ibiq; facilis & ſine arte conuictus militaris in morem contubernij erat, & omnia ſub imperio iuſſuq; ue luti in caſtris facile adminiſtrabantur.

Quæ fuerint Epaicla apud Lacedæmonios

Carniorum conuiuia

De Cretenſium conuiuijs, & de hoſpitalibus apud eoſdem appellatis menſis rara hiſtoria. Cap. LXXXVIII

DE Cretenſium conuiuijs quæ illi συσσίτια, id eſt, conuictus appellarunt, iſthæc Doſiades in Cre-

Doſiades

Athenæus Cretensium conuiuia

tensium rebus gestis, ut apud Athenæum legitur, memoriæ prodidit. In cõmuni inquit conuictu apud Cretenses ciuium unusquisq; redituum suorũ decimam in sodalitatem cõfert suam, ciuitas enim apud illos quęq; uarias in sodalitates diuisa est, & nõ solum hoc, uerum etiã quicquid ex publicis prouẽtibus accedit (publicos enim ciuitatis cuiuscunq; reditus in ciuiũ capita dispertiri apud eosdem fuerat in more positum) totũ id unusquisque sodalitati ascribit suæ. Serui præterea omnes obolum ægineticũ in capita pendunt, curam autẽ conuictus huiuscemodi, mulier habet una eius urbis primaria, cui ternæ quaternæue semper ex eodẽ sodalitio assistunt fœminę, ad ministerij opera impigre dum expedit obeunda, duoq; cũ bacillis asseclæ singulas assequuntur mulieres, quos Calophoros uocant, qui quò iusserint illæ ocyus aduolare parati sunt. In singulis autem Cretensiũ ditionis urbibus, duæ publicæ constructæ sunt ædes, quarũ in unis quidẽ cõuiuia isthæc exerceri solent, in alteris uero hospites diuertere consueuerunt, & primas quidem ἀνδρείας, alias uero κοιμητήριον appellant. Cæterũ in priori domo quò ad conuiuia acceditur, duæ in primis stratæ sunt mensæ quas hospitales uocant, in quibus si qui conuiuiorum illorum tempore forte aderant hospites, discumbere consueuerunt, post illas uero aliæ ordine quæq; suo repositæ sunt mensæ. Discumbentibus autẽ conuiuis æqua omnibus

Calophori ministri

Hospitales mensæ

omnibus portione obſoniorum apponuntur partes. Iunioribus autem carnis quidē dimidiata portio cum cæterorum tamen eduliorum nihilo ſecius quàm alij capiant. In ſingulis autem menſis poculum collocatur dilutioris meri, ex quo omnes communiter bibere conſueuere, aliudq; poſt cœnam ſimile, uerū meracius apponitur. Eodemqúe etiam modo iunioribus & pueris etiam ipſis communis aſtat patera. Verum ſenioribus tantummodo ſi amplius bibere concupiuerint nullo reſpectu ſumere licet, cęteris autem minime eſt permiſſum. Mulier uero illa quæ curam gerit cōuiuij, optima laudatiſſimaq; ſemper obſonia ijs qui uel belli gloria uel uirtutis prudentiæq; laude alios excellunt palàm apponere ſolet, eoqúe uirtutis teſtimonio illos inter æquales condecorat ſuos: Poſt cœnam autem primo quidem ſiquid in cōmuni cōſulendum eſt, in medium afferunt, poſtea uero pleraq; de rebus cōmemorāt bellicis, ubi uirorum fortium laudes, qui pro patria dijsq; penatibus ſtrenue mortem obierint iugi ſermone concelebrant, iuuenesq; ad illorū imitandas uirtutes, æmulandamq; gloriam pluribus adhortantur, eoq; modo modeſte & hilariter ab epulis diſcedunt.

De Athenienſium & de Arcadum, & Naucratitarum conuiuijs. Cap. LXXXIX

Athenienſiū conuiuia

IN Atticis cœnis uaria ſimul apportabantur obſonia, uerum quacunque de re parum admodum, omniaq;

Quid in conuiuijs Arcadum fieri solebat

omniaq; illa ferculo in uno collocata (id autẽ grandis quædam erat patina, in qua plures continebantur patellæ) media in mensa constituebantur. Apud Arcades fuerat in more positũ, iuuenes eos qui in sacris illorum conuiuijs multum ualenterq; comessent, miris extollere laudibus, optimaq; sibi de illis solere polliceri, admirabile enim apud illos, & honoris gloriæq; plenum nimia edacitas existimabatur. Naucratitæ autẽ in sacris Dionysi conuiuijs, quæ publice apud illos in Pritaneo celebrari solita fuerunt, tunicis uti albis consueuere, & ante quàm discumberent sacra præconis uoce admoniti omnes in genu procidebant, patriasq; quasdam preces cernui profundebant. Post hæc ordine discumbentibus, unicuiq; uini cotylæ duo, placentaq; cum superimposito furnaceo pane apponebatur, Suillęq; postea carnis frustum, & polentæ ordeaceæ scutellam, aut tempestiuorum olerum unusquisq; singulatim accipiebat, oua quinetiam duo cũ casei parua formula singulis dabantur. In secundis uero mensis caricæ cũ dulcibus placentis corolla ijs super data apponebãtur, nihil autem præter huiuscemodi hæc aut sacerdotes dare, aut conuiuas domo secum afferre, fas erat, qui secus feciſſent, seuere à magistratibus quibus id datum erat negocij, grandi pecunia mulctabantur.

Naucratitarũ conuiuia

De regali Cleopatræ Sympoſio. Cap. xc

DE regio Cleopatræ apparatu quo uenientem ad se An-

se Antonium in Cilicia excepisse dicitur, Socrates scribit Rhodius in tertio De bellis ciuilibus libro, ut Naucratites commemorat Athenæus. Sympoſium, inquit, aduentanti M. Antonio occurrens Cleopatra regium extruxit, in quo pocula omnia & uasa aurea uisebãtur, cum artificio raro nobilia, tum emblematibus margaritarum, cæterorumq; eiusmodi precioſorum lapidum sumptuosissima. Triclinia autẽ duodecim strauit, quorum parietes undiq; omnes auleis purpura auroq; distinctis cõuestiti erant. Cum autem ingressus cum suis Antonius, sumptuosissimum alioquin illius admiraretur apparatum, reginæq; magnificentiam impensius laudaret, subridens Cleopatra, Hæc omnia tibi, inquit, imperator muneri do, & ut cras identidem mecum cœnare uelis rogo. Annuente hilariter Antonio, & se cum socijs præsto futurum pollicente, postridie illum altero conuiuio magnificentius etiam excepisse, omnemq; similiter illi apparatum liberaliter dono dedisse dicitur. Legatis autem illius & socijs quæcunq; ad eas ubi discubuerant mensas distributa fuerant precioſa pocula, omnia libere sibi habere permisit. In discessu uero gratia auctoritateq; excellentibus uiris, aut dignitate aliqua præditis, lecticam cum deferentibus seruis singulatim dono dedit, cæteros autem argento purpuraq; instratis magnifice equis donauit. Omnibus uero quotquot affuerant, Æthiopas cum lampadibus pueros li-

Socrates Rhodius qui de bellis ciuilibus scripsit. Sympoſium Cleopatræ

beraliter largita est, quos omnes etiam eius diei quatri duo post rursus magnificētissimo excepit conuiuio, cui expensum in rosas talentum relatum fuisse dicitur, cum per omnia discumbentium triclinia foliorum passim acerui cubiti mensura pauimentis undequaq; omnibus extarent.

De Macedonum, Thracumq; sympossijs, & de Hegesianacte poeta, qui in Antiochi Magni symposio excelluit, ubi de barbarico quodam & periculoso scribitur ludi genere. Cap. XCI

Macedonum sympossia

SYmpossijs saltationibusq; addictos peculiariter fuisse Macedonas à plerisq; ueterum memoriæ conditoribus planè accepimus, ritusq; illos patria præualente disciplina à principibus uiris diligēter obseruatos fuisse cōstat. Siquidē Demetrius Scepsius Antiochum scribit regē eum qui cognominatus est Magnus super cœnam quandam cum amicis armatum saltauisse, quo in loco ferunt cum ad Hegesianactem Alexandrinum ex Troade, elegiarum scriptorem, saltationis deuolutus esset ordo, è thoro illum consurrexisse, altaq; ut exaudiri posset uoce regi dixisse, Elige quod mauis Antioche, aut male saltantem me in præsentia inspectare, aut peculiaria de te carmina satis pro tempore commode recitantem audire. Silentio igitur facto, cum illum rex dicere iussisset, & multa ille carmina ceu afflatus de regis laudibus luculenter pronūciasset, adeo placuisse in illo

Demetrius Scepsius.
Antiochus magnus.
Hegesianax Alexādrinus elegiarum poeta

dicitur

dicitur poemate, sicq; Antiochum & conuiuas omnes oblectasse, ut plurimis postea ab illo donatus sit muneribus, & inter regis familiares & intimos amicabiliter sit receptus. De Polypercõte autem Macedone qui dignatione & gratia, reiq; militaris gloria nulli secundus fuisse dicitur, memoriæ proditũ est, sæpius eum in sympositis talari indutũ tunica, Sicyoniisq; calciatum cothurnis, ad tibiam licenter saltasse. Cæterũ hæc quidem genialis licẽtiæ, solutioris q; uitæ indicia planè existimari possunt. Barbarum uero & agreste ludorũ genus, & ab omni penitus humanitate semotum merito existimandum est illud, quod in quibusdam Thracum conuiuiis factitari solitum Seleucus Athenæo referẽte memoriæ prodidit. Scribit enim illos laquei ludicrum quoddam ludere solitos, quod huiuscemodi fuisse perhibetur. Funis quidã ex alto laquei in modum conuolutus dependebat, huic ad perpendiculum lapis rotundus undiq; erat suppositus, super quem is cui eius sors obtigerat ludicri, gladium manu retinens ascendebat, collumq; laqueo illi insertabat. Subditum sub hæc lapidem conuiuarum quispiam facile loco mouebat, quo dimoto, laqueo pendens ille, aut celeri funem ictu abscindebat, aut morte sua ebriis conuiuis turpes de se cachinnos commouebat.

Polypercon

Thracum barbarus conuiuiorum mos

Qui ex antiquis prodigiosissimi, & in omni prodigentia diffamati fuere. Cap. XCII

Epicharides Athenienſis. De profuſis & prodigis

NEpotum profuſiſſimus Epicharides Athenienſis cognomento Paruus/fuiſſe dicitur. Qui ampliſſimum patrimonium nõ integris quinq; diebus uniuerſum planè exhauſit & obliguriuit, ut comicus teſtatur Alexis. Nec minus hoc laboraſſe morbo Paſicyprus Cypri inſulæ rex commemoratur/ qui cum omnia ſua profuſiſſima lancinaſſet prodigalitate/ regnum poſtremo paternum Pymato Citiæo uenũdedit, priuatusq; poſtea(ut aiunt)in Amathunte urbe cõſenuit.cui haud quaquam abſimilis Æthiops fuiſſe Corinthius perhibetur, qui cum in Siciliam cum Archia ad deducẽdam coloniam Syracuſas miſſus eſſet/inter eundum portionem Syracuſani agri quã ſorte ducta poſſeſſurus erat Melittuto ſocio/& contubernali ſuo uendidiſſe dicitur, ut ſibi eſſet quod bibendo prodigendoq; turpiter heluaretur. Demetrius uero Demetrĩ Phalerei nepos,cũ Athenis prodigaliter uiueret, & cum Ariſtagora Corinthia meretrice ea tempeſtate famoſiſſima ĩſdẽ ædibus habitaret/ab Areopagitis accerſitus/ & commone factus ut melius poſthac uiueret/ reſpondiſſe fertur/ ſe quidem ſatis commode,ut ſibi uidebatur,& liberaliter in præſentia uiuere/quandoquidẽ laxis beneq; inſtructis habitaret ædibus & pulcherrimam domi haberet concubinam,& uinum quotidie Chium ubertim bibe ret. Cæteraq; eodem etiam modo congruenter ſibi & ſplendide correſponderent omnia/cũ interim neq; obo

Paſicyprus Cypri rex

Aethiops Corinthius

Demetrius Phalerei nepos

lum

lum deberet unum/neq; alicui uolens iniuriam faceret, sed ex peculiaribus prouentibus possessionumq; pro/priis redditibus/affatim sibi & sufficienter subministra rentur omnia,& nõ ut plerique uestrum,inquit,quorum etiam addidisse dicit nomina, qui adulteriis rapinisq; omnia diuina & humana confunditis, qua eius animi libertate delectatus Antigonus rex eum postea Thes/mothetem apud Athenienses,quæ apud illos inter primarias habetur dignitas,constituisse perhibetur. *Antigonus rex*

Antiochi cognomento Epiphanis celebratis/sima triumphi pompa. Cap. XCIII

ANtiochus qui Epiphanes cognominatus est, u/nus ex Seleuci successoribus/Syriæ rex,quem ur banorum quidam non incõcinne propter mentis furo/rem/animiq; præposteram inconstantiã, pro Epipha/ne Epimanẽ nuncupauere, cum Æmylij Pauli de Per/sa rege & Macedonibus magnificum alioquin inaudis set triumphum, mentis uanitate cupiens animiq; arro gantia illum longo superare interuallo,legatis nũcijsq; pluribus ad uniuersas tam regni sui quàm Græciæ ciui tates missis,celebres ad constitutam diem nunciare ius/sit ludos in Daphne Asiæ urbe faciendos. Quãobrem multi undiq; mortales,& ex uniuersa maxime Græcia omnis ferè conditionis/ innumerabiles confluxere ho/mines.Ordo autem eius ludorũ spectaculiq; series ab huiuscemodi pompæ apparatu initiũ habuisse dicitur. *Antiochus Epiphanes* *Epiphanis pompa miranda*

Iuuenes ætate corporibusq; cõſpicui præceſſerũt quinq; millia, thoracibus & cæteris Romanorum ornati armis, poſt quos totidem inſequuti ſunt Myſi, quos tria cilicum millia expediti uelitariq; inſtructi armatura, coronatiq; inſuper ſequebantur, quibus continẽter Thracum tria, & Galatharũ quinq; millia iuncti fuere, poſt quos argenteis armati clypeis complures, quos Argyraſpidas ob id uocabant, ſunt conſequuti, & poſt illos gladiatorũ paria ducẽta & quadraginta, ſtatimq; poſt illos uniuerſus hoc ordine equitũ conſequutus eſt exercitus, Piſæi quidem aureis argenteisq; inſignes phaleris mille, quorum qui aureas geſtabant phaleras ſingu li aureas etiam capite coronas gerebant, poſt illos equites ſequuti ſunt ij, qui Socij cognominabãtur, aureis & ipſi ornati phaleris omnes, & numero mille. Iuxta hos regiorum amicorum numero & ornatu pari adequitauit ala, poſt quos mille ſelecti equites proceſſerunt, & poſt illos regia equitum turma mille uirorum, quod totius exercitus robur firmamentumq; eſſe exiſtimabatur. Poſtremum autem locum cataphracti obtinebant equites, ferreis armorum munimentis, tam hominum quàm equorum corporibus diligenter contectis, fuere autem ij numero mille quingenti, omnes autem commemorati equites purpureas induti chlamydes erant, nonnulli uero auro etiam interpollatas, animaliumq; diuerſorum figuris cõtextas habebant ueſtes, poſt hos

autem

aũtem centum ſequuti ſunt currus, qui ſenis ſinguli trahebãtur equis, quadragintaq; poſt illos qui quaternis itidẽ ducebantur equis, ſolitariusq; poſtea ab elephantis tractus inſequutus eſt currus: poſt quem ſingulatim ſex & triginta elephantes proceſſere. Ephebi deinde cum aureis coronis octingẽti ſunt inſequuti: poſt quos mille opimi boues acti, & trecenta uariorũ ferculorum ſpectacula, elephãtorumq; Indorum dentes octingenti mira raritate ſpectabiles geſtati fuere: poſtea uero ſimulachrorũ ſtatuarumq; tanta inſequuta eſt multitudo, ut omnem excedere planè numerũ uideretur. Non enim deorũ ſolum imagines, ſed dæmonũ etiam & heroum ſimulachra, uirorumq; præterea quauis in re excellentiũ ſtatuæ cum omnis materiæ inauratæ, tum purpureas aureasq; chlamydes indutæ, celebri apparatu circumlatæ fuere, quibus omnibus titulorũ effigie, fabulæ de ijs receptæ, rerumq; geſtarũ hiſtoriæ depictę pulcherrimis prælatæ ſunt tabulis: inter quæ diei & noctis ſimulachra, cœli præterea, & auroræ, & meridiei fuiſſe perhibẽtur. Aureorũ autem & argenteorũ poculorum, tãtus poſtea inſequutus eſt numerus, ut uel ex hoc uno eius immẽſitas abũde ſatis coniectari poſſit. Siquidem unius ex regijs amicis Dionyſi ſcilicet ab epiſtolis, pocula mille argẽtea à totidẽ geſta fuiſſe ſeruis cõſtat, quorũ nullum mille drachmarũ minoris fuiſſe extimatũ eſt. Pueri præterea ſexcẽti ſubſequuti ſũt regij aurea manu geſtan-

gestantes, post quos mulieres ducentæ ex aureis guttis preciosa passim fundentes unguẽta, quas argẽteis inue ctæ lecticis quinquaginta delectæ fœminæ, aureis uero post eas octoginta sunt insequutæ/omnes preciosissimas indutæ uestes, mundoq; cætero muliebri, & excellentibus ornatæ gemmis. Multaq; præterea alia in celebri pompæ illius apparatu fuisse narrãtur, sed hæc ferè quæ ascripsimus celebriora excellentioraq; fuisse perhibẽtur. Post hanc uero regij apparatus pompam, triginta continenter uarijs dati sunt ludorum certaminibus dies, & tum in decertãtium gladiatorum spectaculis/tum in multijugis uenationũ generibus, cæterisq; huiuscemodi regiæ luxuriæ ostẽtationibus, licẽter consumpti, per quos etiã dies in publico palàm urbis gymnasio qui aderant omnes ex aureis affatim cadis quindecim preciosissimis ungebantur unguentis, crocino uidelicet & nardino & cinamomino, post quæ telinum etiam & amaracinum irinumq; præstantissimarũ officinarum odoratissima allata fuisse dicuntur unguenta/passimq; omnes mille & quingentis amplius triclinio/rum structionibus regie ornatis abunde opiparecq; per illos dies discubuisse, epulaticq; laute fuisse perhibẽtur.

Vnguẽtorum genera preciosorum
Crocinum
Nardinum
Cinamominũ
Telinum
Amaracinum
Irinum

Apud antiquiores Græcos rarum admodum auri & argenti fuisse usum, & quando auro abundare cœpit Græcia, & quæ nam fuere Apollinis Delphici donaria. Cap. XCIIII

Auri

AVri argentiq; rarum admodum apud antiquos fuisse usum/memoriæ proditū est, diuitesq; tem poribus illis/& primarios Græciæ uiros, æneis bibere solitos poculis accepimus: Feruntq; etiam Lacedæmo nios cum Amyclei Apollinis simulachrū inaurare uel/lent,& aurum in uniuersa nusquam Græcia comperis/sent/ legatos Apollinem hac super re percontatum mi sisse. Qui illos ad Crœsum in Lydia proficisci/ indeq; sibi aurum emere iussit. Similiq; modo Hiero Syracu sarum tyrannus Tripodem cum aurea uictoria Apol/lini Delphico dedicaturus uniuersam Græciam & Ita liam insuper ad aurum comparandū perscrutatus est. Solumq; apud Architelem Corinthium quantum si/bi sufficeret auri reperisse dicitur. Qui multo (ut aiunt) tempore huic tantummodo rei operam nauans/ pau/latim collectum in thesauros condiderat suos. Vendi/dit igitur is,ut aiunt,Hieronis legatis quod ad signorū expostulauerāt fabricam, quibus etiam tantum aureo rum quantum excauatæ capere poterant manus insu/per addidisse dicitur,qua eius liberalitate & munificen tia delectatus Hiero,nauem frumento onustam,pluri/maq; alia ex Sicilia illi misisse postea munera perhibe tur:tantam auri argentiq; penuriam temporibus fuis/se illis/memoriæ proditū est. Cæterū Delphico Apolli nis templo à Phocensibus expilato,Asiaticæq; postea gazæ præda ab Alexandro Macedonibusue Græciæ

Crœsus Ly/diæ rex

Hiero Syracu sarū tyrānus

Architeles Corinthius

Quãdo abundare auro cœpit Græcia

inuecta, auri argentiq; creberiam, & perquàm frequẽs usus esse cœpit; ut pocula inde & uasa, cæteramq; huiuscemodi supellectilem abunde magnificeq; ex auro argentoue factitarint. Verum ut obiter etiam hoc in loco ea non intempestiue proferantur, quæ Phanias Eresius, & Theopompus in historijs Athenæo referente prodidere suis. Certum est aurea omnia, argenteaq; Apollinis Delphici donariorum ornamenta, cum Gygis Crœsiq; Lydorũ fuisse, tũ à Gelone & Hierone Syracusarũ tyrãnis Apollini fuisse dicata. Ante hos enim uiros æneis solummodo donis templum illud insigni-tum ornatumq; fuisse dicitur, nullisq; deorum hominumq; simulachris excultũ, huiuscemodi nanq; donaria posteriorib⁹ oblata sunt seculis. Tripodes autẽ & ex ære cõflati Lebetes, cum ensibus & clypeis, istiusmodiq; pleraq; quæ homines uel ad perpetuã sui memoriam, uel ad numinis sibi gratiam fauoremq; cõciliandum deo mittere solebãt, eo loci solummodo per multa secula conspecta fuere.

Phanias Eresius Theopompus

Cuiusmodi antiqua fuere donaria Apollinis Delphici

De Tyrrhenorum natura ludicris dedita, & circa res serias inepta, deq; illis hac super re dato oraculo. Cap. XCV

TYrrhenorum gentem conuiuijs ludicrisq; rebus deditam, & circa dicteria cauillorumq; procacitates apprime ingeniosam, serijs uero in rebus natura indocilem & ineptã, scribit Theophrastus Delphicum aliquando

Theophrastus

aliquando Apollinem hac super re consultũ misisse, ut si quo fieri posset modo ab huiuscemodi uanæ mentis affectu diuina liberarentur opera, quibus Pythia respondisse fert, fore ut eos is relinqueret morbus, si quidem Neptuno nulla cachinnorum profusione & indecentia taurũ immolassent, illumq; in mare proiecissent. Re domi nunciata Tyrrheni sacrificium Neptuno serio magnificeúe parauere, & id quod prædixerat Pythia cauere studentes, publico palàm edicto pueris interdixere omnibus ne rei diuinæ interesse uellent. Cæterum dum res illa summo peragitur studio, inter uirorum turbam puer unus inuentus fuisse dicitur, qui cum à circumstãtibus seuerius obiurgaretur, fatis dicaculus ille hunc in modũ respondisse fertur, an timetis ne tantulus ego ingentem hanc humeris meis uictimam solus asportem? Cumq; circunstantium ob hæc dicta secutus fuisset risus, didicere tandem Tyrrheni comprobante deo antiqua animorum & inusta penitus uitia insanabilia esse, & perseueranter perdurare solere.

Antiqua animorum uitia haudquaquã sanabilia esse.

De Chiorum seruitijs & ab eisdem illis inflictis calamitatibus ubi de Drimacho fugitiuorum duce non uulgaris recensetur historia. Cap. XCVI

CHij Græcorum primi seruos habuisse dicuntur, non quemadmodum Lacedæmonij Helotes suos, aut Thessali Penestas habuere, ij quidem Perrhæbis finitimis, illi uero Achæis bello superatis, sed

Lacedæmonij Helotes Thessali Penestæ

alienigenas & barbaros precio coëmptos, quibus cum ad omnẽ uitæ uſum, tum ad agros præcipue colendos, remq; ruſticam exercendam paſſim utebantur. Cæterum multa illis incommoda, ſicut alijs etiam pleriſque eo ex hominum genere accidiſſe perhibentur, ſed hoc inter præcipua non immerito cõmemoratum eſt, ma-

Chiorum à ſeruis deficiẽtibus deuaſtationes

gna enim & non contemnenda aliquando illorum manus, ſtrenuum nacta ducem dominos aufugiens ſuos in montes & inuios quoſdã ſaltus ſeceſſiſſe dicitur, eſt enim uniuerſa ferè inſula illa aſpera & confragoſa la-tiſſimisq; undiq; ſiluis obſita, ij poſtmodũ in ſata cul-ta ſubiectosq; decurrẽtes pagos, omnia cædibus & rapinis deuaſtabant, cumq; ſæpius Chij ad illos oppugnandos exercitum eduxiſſent, pluraq; ab illis ob lo-corum inuios acceſſus, acciperẽt, quàm eis inferrent incommoda, neq; belli illius exitum reperire poſſent ul-

Drimachus fugitiuorum dux

lum. Drimachus fugitiuorum dux, uir inter illos & manu promptus, & naturali quodam aſtu conſilioq; pollens, loquendi expoſtulata, ſumptaq; occaſione, Chijs palàm magna ſignificauit uoce, ſi ſe audire uellent rationem modumq; reperiſſe, quo à moleſtijs poſthac & aſſiduis liberarentur incommodis. Cum igitur hãc ob cauſam belli inducias inter illos fieri placuiſſet, Drimachus paucos poſt dies cum menſura quadam & libra & anulo, quæ decompoſito antea præparauerat, fide accepta in medium prodiens, Viri inquit Chij, uo-

bis

bis ueſtriſq; omnibus conſulere mihi eſt animūs, neq; poſt hac niſi per uos ſteterit, hoſtili in uos mente ſæui re decreui. Cæterum & mihi & meis alicunde ſumere, quæ uictui ſuppetant noſtro, neceſſe eſt. Quamobrem quæcunq; à uobis ueſtriſq; ſumam colonis, nulla iniu, ria iſs menſuris ponderibusue accipere ſtatui, & cum quantum mihi meisq; ſatis ſit cepero, precium pro il, lis depoſitum anulo hoc conſignatum relinquam, neq; quenquam poſt hac fugitiuum à uobis recipiam, aut apud me eſſe ſinā, niſi fugæ illius cauſa prius bene per, ſpecta & cognita, nam ſi graue is ſeruitium ueſtrū, & intolerabile mihi forte probauerit, illū libens inter me, os admittam, ſin ſecus fecerit, nihilq; iuſti aut æqui af, ferre uidebitur, illico ad uos illum deducēdum curabo. Hæc cum dixiſſet Drimachus, quia ſatis pro tempore æqua poſtulare & afferre uiſus eſt, à uolētibus recepta ſunt Chiis, neq; poſtea belli illius tempore, aut incur, ſio aliqua ut prius cædesue patrata, aut incendia rapi, naeq; factæ fuiſſe dicuntur, & ſeruitiorū crebra ad eam uſq; diem transfugia multo minus ſolito Chios mole, ſtauerunt, Drimachi ſeueritatem non minus quàm do minos uerentibus ſeruis, niſi legitimas fugæ ſuę cauſas attuliſſent. Et hæc belli ciuilis conditio nonnullos du, raſſe annos perhibetur. Cæterū iam ſenior factus Dri machus, cum ſe tanto imparem iam eſſe oneri animad uerteret, grandemque pro nece ſua pecuniam à Chiis

Drimachi conditiones

publico propositã decreto cognoscceret, adolescentem quendam à se in delitijs habitũ,& corporis forma commendatũ,in abditũ seducens locũ, ut se interficeret, caputq; suũ Chijs afferret summopere hortatus est, ut inde libertatem simul & uitæ securitatem/grandemq; pecuniã insuper acciperet, se enim quod satis iam sibi esset uixisse/ quæ supereſſent insidiarũ/ & doloris esse plena/illũ iuuenem & ualentem esse/ posseq; in patriã ad suos incolumem/& bene nũmmatum redire. Cum uero minime se id effecturũ adolescens respondisset,& obstinato admodũ illi aduersaret animo, multis citro ultroq; uerbis eam ob rem iactatis/ illum tandẽ in sententiã traxisse dicitur suam, eiq; ceruices illico feriẽdas dedisse. Interfecto Drimacho adolescẽs corpus qdem eo quo ceciderat loco humi condidit,ipse uero cum capite in urbem profectus, propositam accipiens pecuniam,libertateq; insuper donatus ad proprios remigrasse lares perhibetur. Chij autem Drimachi corpus, eo loci quo conditũ fuerat magnifico honestarunt sepulchro/ sacellumq; insuper iuxta ædificarunt/ quod Herois propitij phanum cognominauerunt: quo in loco per multa postea secula primitias offerre fugitiui cõsueuere. Feruntq; etiam Drimachũ ipsum per somnia sæpius Chijs,seruorum insidias/aut fugas præmonstrasse. Ex quo diuinis postmodum honoribus ab uniuersis insulæ eius accolis,cultus fuisse perhibetur.

Drimachi interitus

Herois propitij phanum

De Oaxo

De Oaxo Cretæ ciuitate, & unde nomen accepit, ubi de Etearcho urbis illius tyranno, & de Phronyma eius uxore rara admodum scribitur historia, & de Batto Cirenes conditore. Cap. XCVII

OAxus Crætæ ciuitas fuit ab Oaxo, ut Stephanus refert, Minois ex Acallide filia nepote cognominata. Sunt qui asserant à regionis cõfragoso & aspero situ (quæ loca Oaxa Cretenses appellare sunt soliti) sic illam fuisse appellatam, in hac Etearchus aliquãdo imperauit rex, qui in demortuæ cõiugis locum, ex qua unicam susceperat filiam, aliam Phronymam nomine superinduxit uxorem. Hæc domum ingressa regiã nouercali, ut fit, percita odio, puellam iam nubilem cum pessime semper tractauit, tum alias ex alijs nectens calumnias assidue apud patrem illam criminari non destitit, postremoq; in nephario etiam stupro deprehensam à se turpiter illam mentita est. Quamobrem iratus pater, dolosæq; mulieris tandem expugnatus uerbis, filiam Themisoni cuidam Theræo, qui ea forte tempestate mercaturam exercens in Oaxo morabatur urbe, tradidit, illiq́ue accepta prius arctissima iusiurandi fide, præcepit ut illam domum suam rediens in mare demergeret. Cæterum cum inde discedens Themiso rem totam, ut erat à puella planè didicisset, calamitosam illius miseratus sortem, cum neque insontem illã crudeliter necare uellet, & datã Etearcho hac super

re fidem

Oaxus Minois ex filia nepos

Etearchus tyrannus

Phronima Etearchi uxor

Themison Theræus

re fidē periure frangere uereretur, iſtiuſmodi uſus fuiſſe machinamento perhibetur, puellā toto corpore munitam funibus mediā alligauit/ & in mare deiecit, quā poſtea annexa ex puppi funē ſecundo delatus uento incolumem ad Theram inſulam nullo incommodo attraxit, quo in loco re prius à Themiſone ut erat, comperta, Polymneſtus uir inſulæ illius primarius puellā ſibi matrimonio coniunxit. Ex qua poſtea filium ſuſcepiſſe fertur impeditioris (ut aiunt) linguæ & obſcuræ anguſtæq; uocis, quem Battū appellauit, qui poſtmodum Cyrenē in Libya coloniā deduxiſſe perhibetur.

Battus Polymneſti filius Cyrenes ædificator

De Heraiſco Aegyptio eiuſq; admirabili quadam & diuina natura. Cap. XCVIII

Aeſculapius Aegyptius, q xxx milliū annorum res geſtas cōſcripſit Heraiſcus Aegyptius

DE Heraiſco Ægyptio, qui Æſculapij illius qui myſticam Ægyptiorum theologiam hymnoſq; & triginta millium annorum res geſtas conſcripſit, contemporaneus fuiſſe dicitur, iſthæc memorię prodita accepimus. fuiſſe eum diuina quadam natura prędītum, nullisq; diſciplinis imbutum à pueris, & patrij etiā doctrinarum expertem ritus, mira nihilominus opera factitaſſe, ut quantum ab Æſculapio ingenio ſuperaret & artibus, tantum ipſe excellenti quadā & diuina præſtaret natura. Siquidem ſolo ſimulachrorum contuitu/ quæ aliquod appoſitum præſensq; in ſe numen habe/rent/ commouebatur adeō, & diuino ueluti furore concitabatur, ut neq; corpore, neq; mente uſquam poſſet conſiſtere,

consistere, certissimaq; præsentium numinum signa ex sese redderet, quorum nihil uidebatur efficere si quãdo ad inanimas, ut aiunt, & nullo occupatas numine statuas respiciebat. Inerat præterea illius naturæ diuina quædam uis congenita qua non mũdas mulieres, non oculis tantum, sed uoce procul etiam audita cognosceret, statimq; capitis dolore non modico eã ob rem tentaretur. Multaq; præterea alia in uiro illo per omnem uitam diuinæ & excellẽtis naturæ indicia animaduersa fuisse perhibẽtur. Sed cum extremum clausisset diem, eiq; ab Esculapio, ut sacerdotibus mos est Ægyptijs, iusta persoluerentur, quos uita functos Osyridis sacris uelaminibus circundare solebant, tanta repente ex illius corpore emanasse dicitur lux, ut uelaminũ illorum sacri characteres, qui alioquin abditi latentesq; humanis esse dicuntur oculis, clarissime perspici & dignosci possent, sacræq; etiam diuinorum phantasmatum umbræ, corpus illud circumuolitasse perhibentur, ut certissime dijudicatũ sit, diuinum illius animum ad immortalium contubernia deorum procul dubio cõmigrasse. Cæterum non admodum uiri huius exitum admirandum fuisse quispiam merito existimauerit, si qualis illius ad uitam fuerit ingressus animaduertere uoluerit. Ferunt enim illum ex matris utero indice digito ad os posito, & cum extremis coacto labijs in lucem prodijsse, qualem Oron Ægyptij & Harpocratem perhibẽt.

Mirus Heraisci ortus

Oros

Harpocrates

Quamobrem scalpello manum ab infantis ore deduc-
cere parentes illius coacti fuisse dicuntur, cicatricemq; illam per omnē postea uitam in eius labijs perdurasse.

De prouerbij ortu apud Græcos, Veriora ijs quæ apud Sagram, non uulgaris historia. Cap. XCIX

Locrenses Epizephyrij in Italia.

SAgra apud Locrēses Epizephyrios in Italia cogno-
minatos, locus appellatus est, à quo celebre apud Græcos prouerbium, Veriora ijs quæ apud Sagram, originem habuisse dicitur, utuntur autem eo cum uera quidem cæterum omnē excedentia fidem proferre uoluerint. Hinc autem deductū huiuscemodi fuisse perhibetur adagium. Cum Locrenses cum finitimis Crotoniatis aliquādo de agrorum confinibus decertarent, & ab illis arcte premerentur, maleq; haberentur, Lacedæmonē missis legatis ab illis auxilia impensius expostulasse dicuntur. Quorum calamitatibus illudentes cum respondissent Lacedæmonij se quidem in præsentia quas illis auxilio mitterent non habere copias, uerūm Dioscuros, id est, Castoras suos pro ducibus se libenter, si accipere uellent missuros, eorum illi contumeliam boni ominis accipientes loco, infecta re discesserunt, & nauem soluentes Dioscuros ut secum transmittere uellent religiose precati sunt. Cumq; domum subinde redissent, cum hostibus postea congressi, magna illos pūgna superasse dicūtur, cuius belli fama eo quo gestum est die Lacedæmonem perlata fuisse perhibetur. Quæ

Prouerbium

Crotoniatæ

Dioscuri Castores

ut par

ut par erat,primo non credita,postea ueris comproba ta testimonijs, eo quo nunciata fuerat die in Italiam confectum fuisse bellum, Locrensesq; uictores extitisse, prouerbio occasionem illi non immerito præbuisse dicitur.

De prouerbio apud Græcos, Amyris furit. Cap. c

FErtur cum aliquando de sua ipsorum felicitate, eiusq; duratione Sybaritæ legatis Delphos missis Apollinẽ percontati essent,illisq; respondisset Pythia, tunc ciuitatis illius felicitatem occasuram, eamq; insuper pessum ituram,cum homines plus quàm deos Sybaritæ colere cœpissent, idq; illi nunquam euenturum existimarent, accidisse haud multo sanè post id oraculum,quod quidã forte fortuna seruum suum cum iuxta templum quoddã fuste uerberaret,ut ex illius elapsum manibus mancipiũ in templum aufugeret, & ad simulachri genua supplex uolutaret. Cæterũ hoc nihili contumax faciens dominus,abductũ inde hominem cæde re non cessabat. Quare secundo ab illo se explicans seruus ad paternum domini sui sepulchrũ confugisse dicitur,indeq; ob paternæ memoriam reuerentiæ minime fuisse deductũ, sed concessa uenia libere abire permissum ferũt. Quod cũ animaduertisset Amyris quidam nomine, qui ex legatis ad Apollinẽ missis unus fuisse dicitur, Pythiæ uerborũ mẽmor,cõsulto amentiã simulans res omnes suas propere coactas hastę subiecisse & *Amyris Sybarita*

uenditasse perhibetur, conflataq; inde quam potuit pecunia Peloponesum petijsse, & ibi sedes suas collocasse dicitur. cumq; haud multo post Sybaris euersa fuditus corruisset, natum inde prouerbiū esse ferunt, Amyris furit, de ijs scilicet qui prudenter quippiam dissimulare uidentur.

Prouerbium Amyris furit

NICOLAI LEONICI THOMAEI DE VARIA HISTORIA LIBER TERTIVS

De Hieronis Syracusarum tyranni admirando nauigio, ubi Archimeli poetæ ponitur epigramma, & M. Antonij recensetur liberalitas, qua Oppianum poetam est prosequutus. Caput I

DE HIERONIS SYRACVSArum tyranni admirando nauigio, quod cum magnitudine ipsa, tum exacta operis pulchritudine omnes ante se constructas naues longe superasse perhibetur, Moschion quidam nomine præstāti uir ingenio, & eruditione Athenæo referēte, peculiariter etiam edito uolumine perscripsisse dicit, ad cuius structuram fabricæ, quam integro cōsummatam ferunt anno, cum tamen nusquam pauciores quingentis assiduo semper in opere uersarētur homines, Hiero Archimedem mathematicum

Hieronis nauigium

thematicum præstantissimũ præposuisse fertur, quam uis architecto uteretur in primis excellenti, & ad huiusmodi res obeundas experiẽtissimo Archia Corinthio. Cæterum hanc postea, ut aiunt, nauem frumento onustam cũ annonæ uexaretur caritate Ægyptus, Alexandriam misit, eamq; ut erat Ptolemæo regi dono dedisse dicitur quam cum Archimelus quidã ex Atticis poetis epigrãmaton scriptor uidisset, & illam uersibus concelebrasset suis, Hieronisq; liberalitatẽ & magnificentiam satis lepido prosequutus fuisset epigrãmate, illum Hiero mille postea tritici modijs Atticis munifice donasse perhibetur, quem propriis etiam impensis, ut ij Athenas deueherẽtur curasse plane autumant. Ipsum autem Archimeli epigramma ex græco ad uerbum ferè totidẽ expressum uerbis & uersibus huiusmodi est:

Archimedes mathematicus

Archias Corinthius architectus

Archimelus epigrãmaton poeta

Monstrificã in terris molẽ hanc quis condidit? aut quis
Funibus horrendum hoc in mare traxit opus?
Vnde trabes lucorum ingentes? quáue securi
Inciſi hanc cunei constituere ratem?
Vt foret Ætnæis portentum æquale rũinis
Aut quas Ægæum cycladas æquor habet.
Compar utrinq; latus, sæui num fortè gigantes
Istud in æthereas composuere uias?
Astra quidem tangunt carchesia, nubibus altis
Ordine sub triplici turrea tecta latent.
Anchora firmatur uinclis, quis fertur Abydi

Et Sesti Xersem bina ligasse uada.
Ast depicta monet dudum nos litera/quonam
Hæc tellure fuit machina ducta salo.
Narrat graiugenis Hieron Hieroclis ut ipsis
Hanc Cereris plenam munus habere dedit,
Siciliæ princeps,sed eam Neptune precamur
Cerulei contra protege sæua maris.

Sed ut obiter etiam alterius poetæ pro compositis uersibus prẽmiũ recensemus,seculis ferunt posterioribus Oppianum Corycæum ex Cilicia celebrẽ poetam/qui halieutica & cynigetica & ixeutica uersibus mire cõscripsit,à M.Antonio imperatore adeo dilectum,& in honore habitum fuisse, ut is pro singulis eorum commentariorum uersibus,singulos aureos nummos autori statim repræsentari iusserit,qui uiginti millium numerum excessisse dicuntur.

Oppianus Corycæus poeta

M. Antonius imperator

De his qui ob partas uictorias fuere munifici. Cap. II

ALexander Macedo Lacedæmonios acie cum deuicisset Piræum muro circundedit, uniuersamq; Athenienſiũ plebem magnificentissimo suscepisse conuiuio dicitur. Alcibiades Olympici uictor certaminis, omnibus ijs/qui ad sacrum illud spectaculum cõfluxerant / largum & opiparum præbuisse dicitur epulum. Idemq; aliquando Leophron eodem in certamine uictor declaratus / fecisse perhibetur. Empedocles quin etiam Agrigẽtinus ex Pythagoræ secta philosophus/

Alexander Macedo

Alcibiades.

De ijs qui ob partas uictorias fuere munifici.

Leophron.

Empedocles Agrigẽtinus

sacri

sacri Olympiæ certaminis uictor, quia dogmatis sui gratia ab animalibus abstinebat, eximiæ magnitudinis bouẽ ex thure & myrrha, aliísq; pretiosis odorum generibus confeciſſe, illumq; spectatoribus dono dediſſe dicitur. Ion autem Chius cum Athenis tragici carminis lauream habere meruiſſet, Athenienſium populo Chíj cadum uini uiritim largitus est. Telias uero Agrigentinus, quingentis aliquando Atheniẽsium equitibus, qui hyemãtis anni tempore frigoribus maximis Agrigentum diuerterant, ſingulis lacernas ſingulas & uini cadum præbuiſſe dicitur.

Ion Chius

Telias Agrigentinus

De adulatoribus quibuſdam & ſcurris, & qui nam Soliduni apud Celtas ſunt appellati. Cap. III

BArbaricis maxime moribus cõuenire adulationẽ uel hinc manifeſtiſſime quiuis animaduertere poteſt, ſiquidẽ apud Arabum populos, memoriæ prodítum eſt, illorũ rege aliqua corporis parte decurtato uel male ſe habente, uniuerſam ferè regionis illius gentem eius imitatam eſſe ægritudinẽ, membroq; illo faſciis lanaq; cõuoluto ſic in medium procedere ſolitã, quod de Cliſopho Philippi Macedonis ſcurra in uita illius non inconcinne meminit Satyrus, qui, cum in Argiuorũ ciuitatis oppugnatione alter Philippo erutus fuiſſet oculus, poſtridie faſcia ſimilem circũligatus oculũ in medium proceſſiſſe dicit. Idemq; cum crus in prælio quodã regi effractũ fuiſſet, nõ niſi eodem colligato crure clau-

Adulationem barbaris conuenire

Cliſophus ſcurra

dicans

dicans etiam in eius conſpectum uenire ſolitus eſt. Cæterum minora iſthæc, & riſu potius quàm admiratione digna quiſpiam merito exiſtimare poterit, quæ barbari homines, uel adulatores & ſcurræ, iure ſuo aut compendij gratia factitare cõſueuerunt. Contra autem admirabilia illa, & ueluti furoris tragici plena, quæ Athenæo referente, Nicolaus Damaſcenus inter peripateticos non ignobilis in ſextodecimo ſupra cẽteſimum hiſtoriarũ ſuarum commẽtario ſcripta reliquit. Ait enim Adiatonum Socianorum regem, quæ gens inter Celtas, id eſt, Gallos eſſe perhibetur, ſexcẽtos habuiſſe delectos uiros, qui patria Celtarum lingua Soliduni uocarentur, totidemq; reliquos etiã eius gentis reges ſemper habere ſolitos, uitæ necisq; ſocios, qui ſimul cum rege uiuerent, cõmuniaq; gubernarent negocia, & ſimul etiam cum fatalis illi adueniſſet dies, commorerẽtur, & ſiue is in belli diſcrimine diem clauſiſſet ultimum, ſiue ſenio morboq; conſumptus deceſſiſſet, eadem mortis ratio iuratos illos ſemper ſequebatur, neminemq; ex illorum numero unquam fuiſſe repertum ſcribit, qui uita functo rege contra patrios ritus ſibi debitã mortem ſubterfugere tentauerit.

Nicolaus Damaſcenus peripateticus

Adiatonus rex. Qui Soliduni apud Celtas

Qui plurimos apud Græcos habuere ſeruos, & de Romanorum ſeruitijs. Cap. IIII

PLurimum ſeruorum apud Græcos fuiſſe uſum, & maximũ etiam illorum antiquis temporibus numerum

merum extitisse clarissime constat, siquidem solos Corinthios supra quadringenta seruorum millia habuisse Athenæo referente Timæus est autor, Ctesicles etiam in historijs suis centesima & decima scribit olympiade, Athenis hominum qui in Attica degerēt à Demetrio Phalereo descriptione facta, Athenienſium quidem unum & uiginti millia, cōuenarum autem decem millia, seruorum uero quadringenta millia in tabulis publicis fuisse relata. Niciā uero Nicerati filiū Xenophon memoriæ prodidit, mille possedisse seruos, quos Sosiæ ali quando Thracio ad argenti fodinas precio locauerit, ut obolum scilicet pro cuiusq; capite acciperet. Aristoteles autem in Æginitarū republica scriptum reliquit, Æginitas aliquādo septem & quadringenta millia seruorum habuisse. Cæterum hæc parua nimirum fuisse, & quæ non admodum admirari debeant homines uidebuntur, si quis ad Romanorū ciuium seruorū greges prospicere uoluerit, quorū alij decem, nonnulli uero uiginti etiam seruorū millia possedisse perhibentur, non in cōpedibus ut Græci, metallisue effodiendis damnatos, sed ex illis plurimos secū degentes, & qui quò proficiscebantur domini assidue subsequi sint soliti.

Seruorum immensus numerus Corinthi & Athenis

Nicias Niceratí filius

Aristoteles

Seruorum multitudo apud Romanos

De Rhodi insulæ accolis, Iphiclicq; uafro cōsilio quo Phalantum & Phœnices ex insula expulit. Cap. V

RHodum insulam Phœnices mortalium primi nauibus illuc transmittentes incoluisse dicuntur, cum

Phœnices Rhodi incolæ primi

Iphiclus autem annis postmodum uoluentibus Iphiclus cum Græcorum non contemnenda manu ad illam peruenisset, & totã ferè nullo negocio ditioni subiecisset suæ, multum laboris & erumnarum in oppido quodam expugnãdo pertulisse dicitur, id autem in Ialysorum fuerat agro Achaia nuncupatum, cum loci ipsius situ, tum hominum insuper opera industriaq; munitissimũ, ad illud enim Phalanthus Phœnicum profugerat dux, secumq; quicquid roboris & uirium ex totius insulæ delectu colligere potuerat, & magnam præterea uini tritici q; copiam, cæterarumq; rerum quæ ad quotidianum uitæ faciunt usum, ad diuturnæ præsidia obsidionis si qua incideret, introduxerat. Cum igitur Phœnices suis confisi rebus, hostiumq; iam contempto impetu, bona cum spe uiuerent, indiesq; negligẽtius agerent, nam & oraculo etiam quodam confirmabantur, quod Phalantho prius hac super re anxio, & deos percontanti fuerat datum, eo usq; ea potituros insula Phœnices, quo ad corui in illa uiserentur albi, & in crateribus pisces natarent, quod illi ad perpetuam regionis illius possessionem pertinere planè interpretati, secure degebant, quæ enim præmonstraret oraculum nullo fieri posse modo arbitrabantur. Iis igitur de causis cum Phœnices bono essent animo, Iphiclus, qui hoc Phœnicibus datum inaudierat oraculum, huiusmodiq; illorum hac de re firmam cognouerat sententiam, donis ingentibus pollicitatio,

Achaia Rhodi oppidum munitißimum

Phalanthus Phœnicum dux

tationibusq; maioribus quodam ex intimis Phalanthi amicis Larca nomine contaminato, illi facile persuadet, ut piscículis quibusdam ex fonte quo aquatum quotidie solebat accedere exceptis, illos inter potandum clàm in Phalanthi poculum iniiceret: coruosq; præterea nõnullos ob id ipsum dedita opera compara tos gypso deliniret, & occulte emitteret, qua re ad condictum ocyus effecta, Phalanthus portento expauescens nouo, & oraculi accepti memor, omnem prorsus insulæ amplius obtinendæ spem abiecisse dicitur, pactoq; cũ Iphiclo hac ratione fœdere, ut suos inde seq; educere incolumes liceret, nauibus etiam quibus ex insula asportarentur acceptis libere illi urbem & insulam concessisse perhibetur. Sunt qui dicant Derciam Larcæ filiam Iphicli amore captam, & ab eodem nutrice interueniente edoctam coniugij spe, hoc patri, ut faceret persuasisse, quibus Polyzelus historiarum scriptor in Rhodiorum rebus gestis, Athenæo teste, manifeste astipulari uidetur. Expulsis igitur eo modo Phœnicibus Græci Rhodum insulam nullo negocio obtinuisse dicuntur.

Larca Phalanthi comes

Dercia Larcæ filia

Polyzelus

De Ephesi urbis initio. Cap. VI

MIra profecto (ut ferunt) Ephesiorum urbis prima initiorum fuere præsagia: cum enim anxie primi illius fundatores urbi condendæ idoneum quærerent locum, neq; satis inter eos constaret ubi nam potissimum

Ephesiorum urbis initia

tissimum illam collocare construereq; deberent, hac su per re deum consulere placuit: percontantibus igitur il lis hoc maxime responsum fuisse modo perhibetur, ut eum scilicet sibi locum exædificandæ deligerent urbi, quem piscis illis agrestisq; ostendisset sus. Cum igitur hac oraculi perplexitate dubij sursum uersus regionem illam nequicquã collustrarent, accidit ut aliquando iu xta fontẽ, qui postea Hypelæus uocitatus est, ubi nunc sacer est portus, peruenientes, aliquot eo loci cœnantes offenderent piscatores: cumq; forte fortuna ea in cœna super accensos carbones iamiam è mari educti palpi tantes torrerentur pisces, eorum unus cum annexa sibi pruna in fœni stramentorũq; uicinam insilijsse struem dicitur, ex qua illicò suscitatus ignis, in proximũ statim deriuauit lucum, uniuersumq; ualidis illũ flammis con uoluit: maximo igitur & repentino, ut par fuit, conflato incendio fera sus, quæ casu eo degebat loci, igne excita, subito lustris derelictis per uicini montis dorsum fuge re occœpit, quod urbe postmodum cõdita Trachia, id est, aspera appellatum est uia, ubi autem cursu defessa sus uenabulo icta concidisse dicitur, Palladis postea ce lebre fuit templũ constructum. Eo igitur in loco à Tra chia incipientes Ephesij urbem à fundamentis ædifica uerunt: & in sacro quidem portu in quem primum fue rant delati, Pythij apollinis templum construxisse di cuntur, medio autem in foro celeberrimum, & toto per uaga,

Hypelæus fons

Aspera Ephesi appellata uia.

Templum Dianæ medio in foro constructum

uagatissimum orbe templum Ephesiæ Dianæ exædificauerunt.

Quibus ex causis Naxiorum respublica ad tyrannidem sit conuersa. Cap. VII

MAgna sæpenumero in rebus publicis paruis etiã de causis rerum fieri momẽta indicio esse potest illud quod Aristoteles philosophus in Naxiorũ Politia Athenæo referẽte/memoriæ prodidit. Scribit enim eam rem publicam leuissimam sanè ob causam ad tyrannidẽ subito esse deuolutam. Cum enim, inquit, Naxiorum ij qui dignitate aliqua fortunisq; præcellebãt/partim in ipsa degerent urbe, remq; publicam communi administrarent consensu: nonnulli uero tranquillum eligentes uiuendi genus/in suburbanis etiam pagis animi causa libenter habitarent/ inter quos Telestagoras quidam fuerat nomine/uir & genere nobilis, & diuitijs clarus/populoq; in primis acceptus, qui uiculum quendam Lestadas appellatum urbi uicinum incolebat/usu euenisse inquit/ quemadmodum accidere in huiusmodi solet/ut & ad illum complures frequẽter accederent/& nonnulli è populo quotidianis illum, ut fit, earũ maxime rerũ quæ ad mensam uictumq; spectabant munusculis/honorarẽt, adeoq; huiusmodi longa rei assuetudine inualuerat mos: ut obsoniorũ uẽditores si quid uilius aliquando uendere cogerentur tanquam in prouerbij loco addere solerẽt/ multo melius secum actum

Aristoteles in Naxiorum Politia

Telestagoras Naxius

iri si id non uenderent, sed Teleſtagoræ potius dono mitterent. Cum igitur aliquando adoleſcentes, inquit, quidam de Naxiorum nobilitate depoſitis cœnæ gratia ſymbolis, grandem coëmiſſent piſcem, illisq; piſcator, qui non tanti eum forſan uendiderat quanti uolebat, peruulgatũ illud de Teleſtagora ſuggeſſiſſet adagium, licentioſis iuuenibus, & id iam ſtomachantibus, non mediocre commouiſſe faſtidium dicitur. Poſt conuiuium igitur id in quo multa hac ſuper re fuerant iactata, uino madentes illi Teleſtagoræ domum ocyus petiſſe dicuntur, & illum quidem hilare, ut ſemper ſolebat, eis occurrentem benigneq; & comiter illos ſuſcipientem, ſingulari primum cõtumelia affeciſſe, duasq; poſtea illius iam grãdes & nubiles filias per uim & dedecus conſtuprauiſſe perhibentur. Qua re Naxij percepta cum id ægre, ut par fuerat, & iniquo tuliſſent animo, & ſumptis propere armis iuuenes eos tumultuoſe perſequerentur, grauis inter illos conflata fuiſſe ſeditio dicit. Ex quo Lygdamus poſtea is qui plebis ea in pugna princeps fuerat, compoſitis ad arbitrium rebus, patriæ inuaſiſſe tyrannidem perhibetur.

Lygdamus Naxiorum tyrannidem aggreſſus

Qui nam apud Græcos fuere Cecropes, unde natum prouerbium, Cecropum forum. Cap. VIII

Olus Eurybates Cecropes

DVos legimus fuiſſe Cecropas, Olum ſcilicet, & Eurybatum ex Oechalia genus trahentes ſuũ, quos in Bœotia uiarum anguſtias obſidentes latrociniſq; & cæ-

& cædibus omnia infestantes, Omphales iussu Hercules cepisse dicitur, sed quo minus eos perderet matris precibus illum fuisse prohibitũ, inde apud Græcos natum est (ut aiũt) prouerbium, Cecropum forum, quod de sceleſtis improbisq; hominibus dictitari solitũ est. Cæterum Eurybati etiã infame apud eosdem nomen fuisse perhibetur, cum Eurybati Ephesij gratia, qui pecunijs à Crœso Lydiæ rege acceptis quo tempore Cyri contra se aduentum expectabat, ut mercenariam sibi militum pararet manum, ad Cyrum transfugisse & amicum regem turpiter prodidisse dicitur: tum etiam ob Eurybati cuiusdam defamatissimi furis facinora & rapinas, qui omnes sua ætate uitio illo longe superasse dicitur.

Hercules
Omphale
Prouerbium
Eurybates
Ephesius uir nequissimus

Pompilum piscem sacrum apud antiquos fuisse appellatum, & de Epopeo piscatore à ceto dilaniato historia. Cap. IX

POmpilum piscem sacrum ab antiquis fuisse cognominatum, & ad amoris etiam Philtra efficacem existimatum, eo quod ex cœlesti simul cum Venere progenitus sit sanguine, author est Pausanias, qui Pancratem ex Arcadia refert non contemnẽdum scriptorem, in Thassiorum rebus gestis memoriæ prodidisse, piscem hunc non solum Neptuno, uerum etiam dijs ijs qui Samothraciam incolunt esse charum, de quo huiuscemodi ijs etiam in commẽtarijs miraculum recensere illum

Pompilus sacer piscis
Pancrates

Epopeus piscator

illum scribit, piscatorem quendam Epopeum nomine ex Icaro insula ætate iam prouectũ dum unà cum impubere filio artem exerceret suam, proiectis in mare retibus forte fortuna nihil aliud piscium / præter paucos pompilos expiscauisse, quos cum suadente fame paulopost cum filio in littore comedisset / impietatis illius, haud multo postea meritas dedisse pœnas, siquidem mare rursum ingressũ inspectante filio à ceto quodam qui scapham qua uehebãtur prius submerserat / crudeliter fuisse dilaniatum. Ipsos quinetiã delphines fama est, si pompilum urgẽte fame / aut casu aliquo degustauerint / inefficaces stupidosq; subito effici, & uiribus defectos nullo postea negocio marino æstu in litus eijci, ibiq; à mergis cæterisq; maritimis auibus dilaniari & absumi. Est autem ex pelagiorum genere pompilus pelamidi similis, uerum maculis distinctus, frequensq; circa nauigia natare uisitur / quæ inde etiam inuẽto nomine, usq; in portum comitari & deducere perhibetur.

Pompili forma

Quod ex piscibus apud quosdam factitata sint sacra, & de Phaselitarum origine, eorumq; anniuersario sacro ex salsamentis. Cap. x

Quod ex piscibus apud quosdam sacra sint factitata. Bœotios anguillas immolasse

VIctimas sacras & hostias ex animaliũ ferè omnimodo terrestrium genere dijs numinibusq; obtulisse suis omnis perhibetur antiquitas. Cæterum Bœotios Athenæo referente ex omni uetustate præcipuos, Copaidas anguillas à lacu quodam nomen hoc deducentes

centes/coronatas molaq; etiam salsa,ut in animaliũ sacris factitari mos fuerat/consperſas/dijs immolasse/memoriæ proditum est. Idemq; etiam autor/ piscatores ipsos sub thynnorum capturam scribit, quo sibi felicíter piscatio cederet ex thynnis quem maximum cepíſſent Neptuno immolare consueuisse,sacraq; ea Thynnea à Græcis fuisse cognominata. Phaselitasq; etiam Lyciæ populos piscium salsamenta quotannis patrio quodam ritu dijs suis obtulisse,eoq; sacrorum more urbis anniuersariũ natalem religiose semper coluisse scribit, quoniam regionem illam ab origine prima, salitis emptam piscibus obtinuisse perhibentur. Ferunt enim Lacium Argiuum coloniæ illius fundatorem primum/ cum ad ea fortè loca cum suis appulisset,à pastore quodam Cylabra nomine/ qui eo in tractu ouium greges cõplurimos depascebat,condendæ urbi spacioſos campos piscium salsamẽtis coëmisse,quæ Cylabras farinæ & melli facile prætulisse dicitur, cum horum sibi trium ab Argiuis æqua portione daretur electio. Quamobrem in annuis illis sacris Cylabram etiã heroem inuocasse, & illi salitis semper piscibus rem diuinam fecisse Phaselitæ perhibentur. Fuisse autem Lacius is Mopsi dicitur in deducenda colonia socius/ Antiphemiq; frater/qui Gelam in Sicilia condidisse fertur.

Thynnea sacra

Phaselitarum sacrum anniuersarium ex salsamentis

Lacius Argiuus Antiphemi frater.

Phaselitarum origo.

Cylabras pastor

Antiphemus Gelam in Sicilia cõdidit

De exocœti piscis forma,admirabiliq; natura Clearchi Solensis Athenæo referente historia. Cap. XI.

DE exocœto piſce, qui quoniam in ſiccum ſomni cauſa exeat ſic eſt cognominatus, apud Græcos quidem Theophraſtus in commentariolo ſuo, quem de piſcibus inſcripſit, mentionē facit, apud Latinos autem in naturali hiſtoria Plinius Secundus breuiter admodum & ueluti in trāſcurſu commemorat. Cæterum quoniā ego apud Naucratitem Athenæum, Clearchi Solenſis uiri in peripatetico dogmate clari, & Theophraſti auditoris, hoc de piſce ad uerbum trāſcriptam hiſtoriam reperi, quæ mihi cum rei ipſius admirandæ natura, tum uerborum delectu nobilium, & eloquutionis ſerie, accurata admodum uiſa eſt & elegans, non abre igitur in præſentia me facturū exiſtimaui, ſi quoquo modo poſſem illam Latinam redderē quo noſtris hominibus, qui Græce neſcirent, piſciculi huius rara admodum & admirabilis natura per me cognita poſthac perſpectaq; facile innoteſceret. Sunt autē ipſius Clearchi apud Athenæum uerba ex eius cōmentario, quem ille de aquatilibus inſcripſit, ad hunc ferè modum compoſita. Exocœtus piſcis eſt quem nonnulli adonidem appellant, ideo ſic nominatus quoniam ſomni cauſa ſæpius ex humore in ſiccum exeat, colore autē eſt ſubruſſus, & ab ipſis branchiarū initijs ad extremam uſq; caudam uirgulam utrinq; albicantem continenter habet. Forma uero eſt rotunda minimeq; expanſa, & magnitudine ipſa haud ferè abſimilis mugilibus ijs qui litorei appel-

Theophraſtus
Plinius Secundus
Clearchus Theophraſti auditor
De exocœti piſcis forma & mirabili natura

appellãtur, quos octonum maxime digitorũ longitudi
nem planè adimplere percepimus: & ad ſummam, piſci
illi perq̃ ſimilis eſſe uidetur, quem hircum uocant, niſi *Hircus piſcis*
quod illi uentre ſupino nigricans quædã ſubeſt macula
quam hirci barbam appellant. Eſt aũt exocœtus ex ſa,
xatilium genere piſciũ, & circa ſcopulos ferè & lapidoſa
degit litora, qui pacato trãquilloq̃ mari in ſummis ela
tus undis, & illarũ ſenſim applauſu in nudis expoſitus
cautibus, in ſicco diutius cõquieſcit, ſeq̃ ad ſolis radios
ſubinde conuertens immobilis manet. Cæterũ poſtea,
q̃ tantũ eo loci quantũ ſibi ſatis uiſum eſt conquieuit,
turſus mare uerſum cylindri more uolutatur: donec ad
primas delatus undas extremũ litus alluẽtes, reciproco
illarũ abſceſſu in mare delabitur. Verũ dum in ſiccum
quo diximus modo exit, litoreas maxime præcauere a,
ues dicitur, quæ trãquillis præſertim diebus circa ſũma
æquorũ ludibundæ natãt, & ſecundũ extrema litora de
paſcũtur, huiuſmodi autẽ ſunt trochilus, & ea quæ cery *Litoreæ uolucres*
lus appellatur, & alia etiã quæ elorius, quas ſicubi cõſpi *Trochilus*
catus fuerit exocœtus, non ſenſim, ut diximus, cũ nullus *Cerylus*
ſubeſt timor ad marinas uolutat undas, ſed crebro ſe, *Elorius*
ſtinãs ſaltu in pelagus ocyus ſeſe demergere properat.

De foſſili piſcium genere ex Polybio. Cap. XII

DE foſſili piſcium genere Polybius Megalopoli,
tanus in quarto & tricẽſimo hiſtoriarum ſuarum *Polybius Megalopolitanus*
libro, præter ea quæ huiuſmodi de re Ariſtoteles &

Theophraſtus ſcripſere, iſthæc memoriæ prodidit. Ait enim in Hiſpaniarũ tractu illo qui circa Pyreneos ſaltus Narbonem uerſus amnem extenditur, planitiẽ eſſe perpetuã multis irriguam fluminibus, ſed duobus maxime inſignibus Ilberno & Rhoſcino, qui iuxta ciuitates à ſe cognominatas populoſas & celebres in mare dilabuntur. In hoc igitur camporũ ſpatio excauatis ſcrobibus foſſiles reperiri inquit piſces: cum enim tenuis & glareoſa eo loci exiſtat tellus, copioſiſſimumq; ex ſeſe naturaliter educat gramen, ſub hac undiq; per latentes illius fibras, cum fluminum occultis laticibus minutos ſubintrare piſciculos dicit, quos alioquin graminis etiã copioſæ radices inuitare creduntur, quas illi ad paſtum auidiſſime appetũt, quamobrem quocũq; in loco duobus, aut ad ſummũ tribus excauata inferne cubitis fuerit tellus, largos in ſcrobibus foueisq; illis reperiri piſces affirmat.

Ilbernus & Rhoſcinus fluuij.

Foßiles piſces

De piſcium apud Lycios aruſpicina. Cap. XIII.

ADmirandum profecto eſt, omniq; prorſus fide maius, quod de piſcium augurijs Polycharmus Athenæo referente in Lyciorum hiſtorijs ſcriptum reliquit. Ait enim Lycios piſcium aliquãdo aruſpicinam exercuiſſe, & ex illis futurorum ueraciter euenta prædixiſſe. Hæc autem iſto maxime peragebatur modo, qui deum conſulturus acceſſerat ſimul cum uate indigena ad mare deſcendebat, quo in loco Apollinis ſacer erat lucus.

Polycharmus

Auguria ex piſcibus apud Lycios

lucus, cuius in medio excauatus ſicca in harena locus Dina appellabatur. Qui igitur futurorum euenta præſcire uolebat, in geminis ex ligno uerubus aſſatorũ fruſta carnium utrinq; decem manu geſtans, uate in loco tacite reſidente, ſenſim in Dina demittebat, & quid inde eueniret miro intentus ſilentio expectabat. Atq; hinc ſubito latentibus & ignotis cauſarum rationibus, locus ille omnis marinis replebatur aquis, magnaq; piſcium uis illicò apparebat, quorum pleriq; magnitudine rara, nouis inſuper admirabiles figuris uiſebantur, exin conſultor piſcium à ſe uiſorum formas ſingulatim uati recenſere ſolebat, ille autem ex ijs ipſis futura indubitanter prædicere conſueuerat. Apparere autem maxime ſolitos fuiſſe ſcribit orphos, glaucos, balenas etiam aliquando & priſtes, uariarumq; præterea formarum alios innumeros, qui neque alibi temere uiſerentur, & quos uulgus etiam hominum penitus ignoraret.

Dina locus naturæ admirabilis

Orphi
Glauci
Balenæ
Priſtes

De Philoxeni poetæ guloſitate eiuſq; interitu. Cap. XIIII

PHiloxenum Cytherium Dithyramborũ poetam inter ganeones & obſonijs, gulæq; obnoxios homines omnis ferè taxauit antiquitas, qui palàm (ut ferunt) in cõuiuijs gruis ſibi collum optabat habere, quo diutius eſculentorum uoluptate perfrui poſſet. De quo etiã fertur, quotidie cum ad balneas accederet, feruenti aqua os ſubluere ſolitum fuiſſe, digitosq; in ebulientes demittere balnearũ labros, quo & manus & guttur ad

Philoxenus

feruẽtissima quæq; assuefaceret obsonia, ut si fortè (qđ plerũq; accidit) ea in cõuiuijs huiuscemodi essent apposita, abstinẽtibus facile alijs, solus quod sibi libuisset, impune præguſtaret. Hunc Machon comœdiarũ poeta Athenæo referente, memoriæ prodidit, cum aliquãdo Syracusijs duorũ cubitorũ polypum coëmisset, totũq; ferè præter caput deuorasset, ex cruditate in periculosissimum incidisse morbum. Accedentibus igitur ad eum medicis, cũ iam male haberet, quẽdam ex ijs illi dixisse, res tuas Philoxene componito, & si quippiã testamento cauere cupis, id cito facias: nam septima ab hinc hora mori tibi necesse est, illum aũt constanti respondisse animo ferũt, mea quidẽ amice omnia sat belle habent, finemq; sortita sunt optatum. Siquidem Dithyrambi mei iam adulti sunt omnes, & dudũ in uulgus exierũt, coronamq; habere meruerũt, quos ego tamen omnes musis cõtubernalibus meis & socijs lego, illarum uero tutores Venerem & Bacchũ esse uolo. Cæterum quandoquidem mihi paulopost (ut ais) moriendũ est, Polypi reliquũ afferte, ut satur saltẽ ad inferos descendam.

Machon

Philoxeni mors

De lacubus paludibusq; iuxta Apameam subito enatis, & de aquarũ portentoso miraculo, à quibus Trypho cum exercitu submersus sit. Cap. XV

IVxta Apameam Phrygiæ urbem Mithridatici belli temporibus, Nicolaus refert Damascenus, cum uaridi terræ præcessissent motus, lacus quosdam & palu-

Nicolaus Damascenus

des

des quæ eousq; nullæ ibi fuerant, subitò apparuisse, flu
mina quinetiam aliqua, & nouos emanasse fontes, cum
tamen pleraq; etiam ueterum absorpta penitus & ab-
dita euanuissent, uerum inter præcipua per multos con-
tinenter dies largos ibi salsarum aquarum gurgites sca
turisse dicit, qui omnem eius loci tractum copiosissimis
repleuere ostreis, marinorumq; piscium uberē submi-
nistrauere copiam, cum tamen ea regio haud parum à
mari distet. Cæterum haud minus hoc ipso aquarum
miraculo portētosum fuisse contenderim id quod Pos-
sidonius Stoicus Athenæo referente, memoriæ prodi-
dit. Scribit enim qua tempestate Apameus Tryphon,
is qui Syriæ imperium sibi uendicauerat, à Sarpedone
Demetrij duce, bello persequebatur, cum signis utrinq;
collatis dimicassent & magno iuxta Ptolemaidē præ-
lio Sarpedon deuictus fuisset, illum quidē cum reliqua
superati exercitus parte ad mediterraneū regionis illius
tractū recessisse, Tryphonē uero cum uictricibus copijs
secundū litus iter feciſſe, uerum euntibus illis marinum
illicò æstum in altū adeo eleuatū erectūq; fuisse dicit, ut
præexcelsi mōtis speciē præseferret, qui magno postea
cum fragore, & horrēdo in terrā deuolutus strepitu sub
iectas cōtriuit copias, & spumosa undarū uoragine con
uolutum demersit exercitū, tantamq; piscium insuper co
piam cōmortuis simul corporibus in litore illo relictā
fuisse ferūt: ut cladis illius propere accepto nūcio Sarpe-

Poßidonius Stoicus
Tryphon Apameus
Sarpedon Demetrij dux
Aquarum portentoſum miraculum

don

don illuc accedens/& hostium inopinato interitu/ & piscium opportuno inuitamento exhilaratus, duplicem animo uoluptatem cepisse dicatur. Quamobrem re feliciter præter spem gesta, Neptuno postmodum uictori in Ptolemaidis suburbijs rem diuinam fecisse magnifice perhibetur.

De attagene aue illiusq; forma, & unde primum in Græciam aduenit. Cap. XVI

Alexander Myndius de auibus scripsit

ATtagenẽ auem Alexander Myndius, qui de auium generibus Athenæo referente luculentissime scripsit/perdice paulo maiorem esse commemorat, colore subruffo, qualem figulinæ testæ habere solent, cum dorsum tamen omne maculis distinctum gerat. Est autem (ut ait) puluere gaudens, prolecq; fœcunda hæc uolucris/& frugibus granisq; ut gallinacei, cæteraq; huiusmodi uictitans. Cæterum cum corporis graui ponderе, tum alarum etiam breuitate præpeditas & segnes à quouis facile eas excipi posse dicit. Socrates autem, ut idem autor est Athenæus, in ijs quæ de terminis scripsit cõmentarijs, auem hanc ex Lydia in Græciam aduectã fuisse/memoriæ prodidit, primumq; iuxta Thermopylas uisam & auditam coturnicis uoce garriẽtem, uerum cum fluminis postea colluuione infectus aer eo in tractu maximã importasset pestem/ qua multi passim mortales absũpti sunt/has scribit aues ignota quadam causæ ratione, expressius dearticulatiusq; quàm

Socrates

quiuis

qūiuis expeditioris etiam linguæ puer, loquutas subito fuisse, neq; postea cessasse isthuc identidē blacterantes τὰις τοῖς κακάεργοις κακά, id est, ter mala malis. Cæterum captas illas neq; mansuescere unquā, neq; priores emittere uoces, aut loqui amplius dicit, quod aliquin statim efficere si eas aufugere & rursum in libertatem degere cōtingat. Harum in Auibus suis, & Acharnensibus Aristophanes comicus meminit, plurimasq; in Megarensium agro reperiri planè constat. *Aristophanes*

De porphyrione aue eiusq; natura, & quod adulterij & impudicitiæ sit indicatrix. Cap. XVII

MIrabile pfecto est id quod de porphyrione aue Polemonem in quinto eorum cōmentariorum, quæ ad Antigonū scripsit regem, memoriæ prodidisse Athenæus refert. Ait enim auem hanc quacunq; in domo fuerit enutrita, maritarū pudicitiæ miram semper esse custodem, talemq; suapte natura adulterij habere pręsensionem, ut si quicquam eiusmodi ea in domo patratum fortè fuerit, quamuis occulte & clàm id sit effectum, mire odorari cōprehendereq; ualeat, quam rem etiam domino suo præsenti illam morte indicare sanè perhibent, siquidem hanc esse certissimam commissi adulterij notam, siquando isthæc auis suspendio uitam finiuerit. De hac etiam fertur uolucre nō prius solitam eam degustare cibū, quàm loco idoneo reperto ibi aliquantisper inambulauerit, secq; exercuerit: postea pul- *Polemon* *Porphyrio adulterij indicatrix*

Aristoteles uere conspersa se etiã lauat, sic demum escam capit. Aristoteles autem inter scissipedes eam commemorat uolucres, cœruleoq; colore esse dicit, oblongis cruribus, rostroq; à prima statim origine purpureo, corporis autem magnitudinem gallinaceo generi non dissimilem habere, esculentorumq; pedibus comminuta frusta ad futurum usum eam seruare scribit, fodientisq; more bibere, & cum quinos in pedibus digitos habeat, medium proportione longissimum habere dicit. *Alexander Myndius* Alexander uero Myndius in ijs quæ de uolucribus scripsit cõmentarijs, Libycam esse auem Porphyrionẽ refert, eamq; numinibus quæ in Libya colũtur inter primas sacram existimari.

De Athenienſium munificentia in Chærillum poetam, & quo tempore Persæ Græciam inuaſere. Cap. XVIII

Chærillus CHærillum Samium, uel ut nonnulli Halicarnaseum poetam, ferunt adeo Athenienſibus aliquando fuisse acceptum, quoniam illorum quam de Xerse uictoriam reportauerant carminibus pulchre conscripsisset, ut pro singulis uersibus poematis illius, singulos aureos nummos autori statim repręsentauerint, publicoq; insuper plebiscito decreuerint, ut cum Homeri simul operibus illius commentarij passim legerẽtur ab omnibus. Hunc octogesimaqnta olympiade, qua tempestate Persæ Græciam inuasere, adolescentem admodum fuisse perhibent, Samiq; apud quendam seruitutem

Octogesima quinta olympiade Persæ Græciam inuasere

tem ſeruiſſe. Cæterum cum & ætate integrā & forma eſſet elegāti, inde profugiſſe, & Herodoto hiſtoriarum conditori ſtudiorum gratia adhæſiſſe dicitur, ab eoq; in delicijs habitus nō uulgarem poſtmodum operam poeticæ impendiſſe perhibetur, quem poſtea complura ſcripſiſſe poemata ferunt, inter quæ præclarū etiam opus illud quod Lamiacum uocant. Mortuus eſt autem ætate (ut aiunt) iam prouecta in Macedonia apud Archelaum, qui ea tempeſtate Macedonum potiebatur imperio.

Chærillus in Macedonia apud Archelaum uita functus eſt

De Matroo Athenis loco ubi plebiſcita ſeruabantur, deq; illius nominis origine. Cap. XIX

MAtroum locus Athenis uocabatur, in quo plebiſcita legumq; tabulæ aſſeruabantur, nominis autem illius initium hinc eſſe deductū perhibetur. Cum circūforaneus quidam circulator matris magnæ myſterijs (ut aiunt) imbutus, aliquando in Atticam ueniſſet, mulieresq; paſſim Cybeles ſacris initiatas contaminaret, ab Atheniēſibus comprehēſus, & in Barathrum (locus autem erat id in præceps abruptus, in quem morte damnati conijciebātur) in caput deiectus fuiſſe dicitur. Cæterum cum ualida poſtea Atticam omnē inuaſiſſet peſtis, paſſimq; nullo eius morbi remedio abſumerentur omnes, calamitate hac fracti Atheniēſes, ad preces, ut in huiuſmodi fieri rebus conſueuit, & deorum imploranda auxilia cōfugere. Datum igitur eſt illis oraculum

Matroum Athenis locus

Barathrum Athenis locus

ut interfectum à se Cybeles ministrum sacris parentationibusq; placarent, quamobrem his rite peractis, barathroq; illo obstructo, eo loci in quo hominem occiderant magnificas construxerunt ædes, ibiq; Phrygis illius erecta statua, cum ædibus illam deorũ matri consacrauere, quibus postea à Cybele (ut arbitror) deorũ matre Matroi nomine indito, & prætorij loco ijs ipsis, & plebiscitorum legumq; repositorio, publice usi fuisse dicuntur.

De Zenone philosopho, oraculoq; illi dato. Cap. XX.

Oraculum Zenoni datũ.

ZEno Citiæus Stoicæ princeps sectæ, statura quidem fuisse procera dicitur, corpore uero tenui admodum & enecto. Hic cũm aliquando de seipso Apollinem consulenti, quærentiq; quonã modo optime uitam posset traducere, respondisset Pythia, fore hoc si mortuis adhæsisset: coniectatus oraculũ, totum se post ea antiquorum commentarijs euoluendis & perdiscendis tradidisse perhibetur.

Cur Phœnicia grammata apud Græcos literarum appellatæ sint notæ. Cap. XXI

LYdi, & Iones, ij qui Asiam incolunt, literarum characteres Phœnicum pro constanti ascripserunt inuentis: aiuntq; illos à Phœnice Agenoris filio primum repertos Phœnicum gẽti cõmõstratos fuisse, indeq; ad omnes postmodum emanasse mortales. Quamobrem Phœnicia grãmata esse appellata, uel nomine ipso origi-

Phœnix

originem ſuam ſignificanter atteſtantia. Nonnulli uero,neq; eam literarum originem eſſe uolunt, neq; ideo ſic appellatas fuiſſe literas autumãt,ſed quia in palmarum foliis(quas Græci Phœnicas uocant)primitus ſint conſcriptæ,Phœnicia idcirco grammata primos literarum characteres fuiſſe nuncupatos. Cæterum Scammo hiſtoriarum non contemnendus autor, Athenæo referente in cõmentarijs ſuis quos de uarijs rerum ſcripſit inuentis, Phœnicia grammata à Phœnica Atheonis filia cognominata fuiſſe, memoriæ prodidit. Scribit enim Atheonẽ filiorum quidem marium prole caruiſſe,filias autem habuiſſe quatuor,Agraulon,Erſan,Pandroſon,& Phœnicam,quæ cum uirgunçula adhuc diem obijſſet ſuum,Atheonem ait filiæ deſiderium aliquo memoriæ honore lenire cupientem, literas ipſas Phœnicia grãmata ab illius nomine ſumpta origine, primum cognominaſſe. *Scammo* *Phœnica*

De Phormione Crotoniate admiranda hiſtoria. Cap. XXII

DE Phormione Crotoniate mirũ hoc Theopompus in Philippicis ſuis,Athenæo referẽte, memoriæ prodidit. Scribit enim hunc aliquando in eo quod apud Sagram cum Locrẽſibus à Crotoniatis geſtum eſt prælio,grauiter ſaucium,cum omni humana deſtitutus ope uideretur,uulneriſq; illius iam deſperaſſet curam,ſupplicem ad deorum implorandum auxiliũ tan- *Phormio Crotoniates Theopompus*

dem cõfugisse, eiq; huiusmodi datum fuisse oraculũ, ut Lacedæmonẽ uidelicet peteret, patriamq; relinqueret, fore enim ut illic uulneris sui medicũ reperiret, eum scilicet qui primus urbẽ ingressum illum ad cœnam inuitasset. Spartam igitur deo fretus Phormio illico petijt, cumq; ea in urbe è curru quo uectus fuerat descendens, à iuuene quodã sibi obuiam facto ad cœnam uocatus fuisset, illum oraculi memor, nulla mora cõsequutus fuisse dicitur. Cæterum cum inter cœnandũ ab hospite, ut fit, illo percontatus esset cuius nam rei causa Spartam ueniisset, illiq; respondens Phormio rem, ut erat plene narrasset, oraculiq; insuper mãdata adiecisset, consurgens statim iuuenis ille, & de cuspide sua rubiginem deradens in illius uulnus indidisse fertur, hominemq; à se illico dimisisse. Verũ Phormio cum curru suum inde discessurus ascẽdere se crederet, domus propriæ postes quã Crotonæ habebat se manu tenere cognouit. De hoc etiam Phormione memoriæ proditum est, cum diuini illius hospitij gratia Crotonæ rem diuinam aliquando fecisset, & peracto statim sacro arctius obdormiuisset, paulopost à somno experrectum cum conspicuo Silphij caule quem manu gestabat omnibus repẽte apparuisse, cum sibi per quietẽ uisos fuisse Castores diceret, qui se Cyrenas ad Batti ortos inuitatum deduxissent.

Fidem excedentia miracula

De Corinno poeta Homero antiquiore. Cap. XXIII

Corin-

COrinnum Ilienſem poetã Homero antiquiorem ferunt, quem Palamedis diſcipulũ, & in arte poetica clarum fuiſſe autumant, primumq; Iliadem Troiani belli temporibus ipſis Græcorum in caſtris ſcripſiſſe aiunt, lingua quidem & literis Doricis, quas illius præceptor Palamedes inuenerat, contextu uero & ordine qualis in Homeri percipitur opere, quem omnia ex Corinni Iliade tranſumpta in ſuum conieciſſe opus ferunt. Dardani quinetiam bellum quod aduerſus Paphlagonas geſſit, idẽ Corinnus luculenter carminibus conſcripſiſſe perhibetur. *Corinnus*

De Paſetis Semiobolo, illiusq; admirandis conuiuijs. Cap. XXIIII

PAſes Athenienſis omnes in magica uanitate mortales longe ſuperaſſe uidetur, ſi quidem uerum eſt quod ferunt, ſemiobolum quẽdam eum habuiſſe, quo ad omnia ſibi neceſſaria coëmenda paſſim uti ſolebat, qui tamen uendentibus traditus ad dominum ſemper ſuum reuertebatur, unde celebratũ apud Græcos prouerbium de Paſetis Semiobolo originem habuiſſe dicitur. Apion quinetiam grãmaticæ profeſſor artis, Paſetem hunc ſcribit carminibus magicaue arte, diuitum lautas cœnas, omnemq; illarum apparatum ignaris illis ad ſe transferre ſolitũ, quibus in conuiuijs plurimos etiã pulcherrimosq; apparuiſſe miniſtros, qui diſcumbentibus præſto eſſent, memoriæ prodidit. *Apion* *Paſetis conuiuia*

Vnde

Vnde primum masculæ abusus Veneris cœperit. Cap. XXV

PVerorum amores, masculæq; abusus Veneris unde primo cœperint anceps est explicatio, adeo uariis uaria hac super re memoriæ prodiderunt. Quidam enim Thamyrin Thracẽ, qui octauus ante Homerum in musicis claruit, Calliopes & Magnetis filium Hymenæum primum in delicijs habuisse ferunt. Nõnulli uero Cretensem dicunt Talonem primum Rhadamantum puerũ adamasse. Sunt qui Laium asseuerẽt Chrysippum Pelopis filium hunc ad usum rapuisse. Alij Italos primos in diutinis bellorum expeditionibus necessitate coactos, maribus fuisse abusos autumant. Cæterum omnes ferè in hoc consentire uidẽtur, Iouem Cretensem Ganymedis pueri forma pellectũ, masculæ Veneris primum apud omnes fuisse autorem.

Thamyris Thrax.
Hymenæus.
Talon Rhadamãtus.
Laius Chrysippus.
Itali

De acipenseris quẽ elopem Græci uocant natura & dignatione. Cap. XXVI

ACipenserem olim celebratissimum apud Romanos piscem Apion grãmaticus in ijs quæ de Apicij luxuria scripsit commentarijs, elopem appellat. De quo Plinius Secundus in nono de naturali historia libro isthæc ad uerbum scribit: Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipẽser, unus omnium squamis ad os uersis, contra aquam nando meat. Nullo nunc in honore est, quod quidem miror cum sit rarus inuentu, qui-

Elops Acipenser

tu,quidam eũm elopem uocant. Archeſtratũs autem autor, qui de re coquinaria carminibus luculentiſſime ſcripſit, quem Sardanapali comitem, & ganeonum parentem Athenæus appellat, eundem eſſe piſcem arbitratur galeum qui Rhodi optimus capiatur. Cæterum hic quidẽ minor eſt, roſtrumq; productius gerit, & triquetram habet figuram, ille uero maior, carioriſq; indicaturę, ſiquidem uel minimus ex ijs mille Atticorum precium exuperare dicitur. Huius apud Romanos tantam fuiſſe commemorant gratiam, ſicq; in honore habitum, ut inter conuiuiorum ſolennia coronatus à coronatis identidem miniſtris, præcinẽtibus tibijs pomparum in morem per triclinia circũferretur. Aliam autem huius rei cauſam Plutarchus Chæroneus in eo cõmentario, quem utra ſint prudẽtiora animalium terreſtria, an aquatilia, inſcripſit, adducere uidetur. Ait enim elopem ſacrũ uocari piſcem, qui cum alioquin rarus ſit inuentu, nec capi facilis, ſæpius tamẽ iuxta Pamphyliam apparere, quem ſi quo piſcatores caſu forte ceperint, coronatos ait illos, lembiſq; inſuper ſuis ſertis redimitis, ad terram deducere, ubi à confluentibus loci illius quo appulerint, accolis, magno excipiuntur applauſu, & impenſius honorantur.

Archeſtratus

Galeus piſcis

Plutarchus

De Corycæis unde apud Græcos natum eſt prouerbium, Corycæus inaudiuit: & de Corycæo apud Corycos deo. Cap. XXVII

ATalia Pamphyliæ maritima fuit urbs, cuius in agro longe in pelagus excurrens promontorium Corycos appellatum fuit, hac ex urbe Piratarum formidine qui eo loci nauibus appellere solebant, delecti publice uiri finitimas urbes uicinosq; portus peragrare solebant, auscultantes, perspicientes ue quid rerum apud quosq; gereretur, aut quid pararet in posterum: quæ omnia domum postea redeuntes, piratis ut erant ad Corycum appellentibus denunciabant, ut eo indicij officio urbis agrorumq; propriorum immunitatem habere mererentur. Ex quo celebre apud Græcos natum est prouerbium, Hoc Corycæus inaudiuit: cum occulta quæpiam, & latentia in uulgus proferũtur. Deus quinetiam quidam apud Græcos comœdiarũ scriptores Corycæus nomine introducitur, qui auscultat & audita refert. Ephorus autem in tertio historiarum suarum libro, Corycæos scribit conuenarũ colluuione conflatam plebeculam exiguum quendam habitasse uiculum ad Coryci promontorij radices situm, qui applicantes ad se nauibus mercatores ficta suscipiẽtes benignitate: illorum perscrutabantur res, consiliaq; omnia diligenter auscultabant, quæ postea ut intellexerant uiderantq;, omnia Myonesijs contermino & ualenti populo, nunciabant, qui de improuiso postmodũ illos aggredientes eorum fortunas diripiebant, prædæq; illius partem Corycæis insidiarum ducibus concedebant.

Corycos promontoriũ

Prouerbium

Corycæus apud comicos deus.

Ephorus de Corycæis

De

De Polygnoto Thasio pictore, & cur ab Atheniensibus ciuitate sit donatus. Cap. XXVIII

POlygnotus Thasius pictor sua ætate celeberrimus/porticum Athenis/quæ Pisianactæa prius/postmodum Pœcile est appellata/pinxisse dicitur. Tabulas etiam eas, quæ in ærario publico/ & in Anaceo fuere, mirando depinxit opere, & quia gratis nullo id fecerat precio, ab Atheniensibus ciuitate donatus est. In Pœcile autem porticu Marathoniam admirando artificio depinxit pugnam, ubi etiam huiusmodi fuisse epigramma perhibetur:

Polignotus Thasius pictor.
Pœcile porticus prius Pisianactæa

ἑλλήνων προμαχοῦντες ἀθηναῖοι μαραθῶνι
ἔκτειναν μήδων εἴκοσι μυριάδας.

De ijs qui pedum celeritate apud antiquos claruere. Cap. XXIX

ACHillem Homerus uates cũ alijs belli laudibus, tum pedũ uelocitate pręcipue extollit, post quem quatuor etiam alios mira pernicitate cõspicuos uniuersa celebrat antiquitas/ Euchydem scilicet & Assopum/ necnon Chrysomazum & Echionem, Philippidemq́ꝫ insuper suum doctæ laudant Athenæ, qui ea tempestate qua in Græciam Persarum uenit exercitus/ unicæ noctis spatio mille & quingẽta stadia pedibus confecisse perhibetur, ut Lacedæmonijs Persarum aduentum palàm faceret, eosq́ꝫ ut præsto essent admoneret. Cæterum hos omnes pedum uelocitate superasse uidetur,

Qui pedum celeritate claruere
Achilles
Euchydes
Assopus
Chrysomazus
Echion
Philippides
Atheniensis cursor

Indacus Cursor Leo Cæsar

detur, Indacus quidã nomine Cursor, qui Leone Cæsare imperante tantũ spatij una die integris etiam uiribus, nullo ꝙ corporis lãgore cucurrisse perhibet, quantum nec alius quispiã in equo, fessis etiam cum recentibus & integris sæpius cõmutatis, transigere potuisset.

Quod Iudæi aureũ asini caput adorare sint soliti, & quam obrem, & quod per septennij spatium alienigenam hominem discerpere consueuerunt. Cap. XXX

IVdæorum gens sacris superstitionibus ꝙ uarijs addicta ex omni antiquitate semper fuisse perhibetur,

Democritus

hanc Athenæo referente Democritus in ijs quæ ordinariæ inscribũtur historijs memoriæ prodidit, aureum asini caput inter alia adorare & uenerari cõsueuisse, singulisq; septẽnij spatijs alienigenam semper hominem insidijs exceptum in conuentibus suis & conciliabulis membratim discerpere solitã, eo se modo rem deo gratam facere arbitrantem. Cæterum quam ob causam id

Plutarchus

genus animalis Iudæi colerẽt Plutarchus Chæroneus in Symposiacis quæstionibus & Cornelius Tacitus in

Quamobrem asinus à Iudæis in uenerationē sit habitus

historijs suis memoriæ prodiderũt. Scribũt enim quoniam id animal aliquando siti laborantẽ illorum exercitum in arenti quodam terrarum tractu, ostenso aqua rum fonte seruasset, ideo ab illis summa in ueneratione semper habitum fuisse.

De fœminis quæ uaria concubitus genera perscripsere. Cap. XXXI

Astya-

ASTyanassa quædam nomine inter Helenæ ministras & famulas fuisse cõmemoratur quæ dominam à Theseo primum, postea à Paride raptam semper prosequuta est, hanc in Venerea palæstra primam complures reperisse figurarũ modos omnis perhibet antiquitas. Voluminibus quinetiam quibusdam editis de uarijs concubitus generibus perscripsisse narratur, quam postmodum Philenis & Elephantis peruulgatissimæ mulieres sunt insequutæ, quæ huiusmodi de rebus non minus accurate quàm turpiter conscripta commentaria reliquere.

Astyanassa

Philenis
Elephantis

De ostento quod Sylla consule contigit, & de octo hominum generationibus secundum aruspicum Hetruscorum disciplinam. Cap. XXXII

COrnelio Sylla (qui postea Felix cognominatus est) consule, ferunt, cũ è sereno sudoq́ æthere stridulus tubarum clangor flebili quodam uocis sono auditus esset, omnesq́ passim ingenti perculsos terrore consternasset, Hetruscos aruspices hac super re consultos fuisse, qui ex reconditioris disciplinæ mysterijs retulere ostẽtum illud seculi prioris finem, alteriusq́ rursus initium seculi signanter declarare. Hominũ enim octo esse generationes dixere inter se inuicem cum uitarum ratione, tum morũ operumq́ indicijs insigniter disterminatas, singulisq́ ijs à deo singula assignata esse secula, quæ postmodũ magni anni periodo & ambitu com

Quæ de hominum generationibus Hetrusci Aruspices dixere.

Magnus annus.

plerentur. Priori igitur deficiēte ſeculo/cum appropin/quare poſterius cœperit, admiranda quædam in cœlo & terris fieri ſigna, haud occulta iſs qui doctrinæ ſtu/dio ſacriſq; literis huiuſmodi callent myſteria/ob quæ dignoſcere ualent alios ad generationem ſuccedere & uenire homines,uitarumq; & morū magnas in peius commutationes inſtare, ſiquidē poſteriores prioribus/& deteriores eſſe,& diſs ipſis minus gratos ſemper exiſtere creditum eſt.

De humanis apud Athenienſes immolatis uictimis in Thargiliorum feſtiuitate, & de die natali Socratis & Platonis. Cap. XXXIII

De humanis apud Athe/nienſes ui/ctimis

HOmines duos quotannis Athenienſium ciuitas expiandorum luſtrandorumq; ciuium gratia iugulabant,unum dumtaxat pro maribus, pro fœminis alterum, quos cuſtodia publica aſſeruatos præclareq; enutritos Thargiliis ſuis (Feſtus autē is erat apud eos dies) cum ſolenni pomparū religione deducebant,ho/mines autem illos Pharmacos appellabant,aut quia illorum morte ſalutaris urbi medela repræſentari exiſti/mabatur,aut quia eo nomine quendam Troianis tem/poribus ex Apollinis ſacrario aurea uaſa furatū,Achillis iuſſu Græcorū dilapidauit exercitus. Thargiliorum autem celebritas in rei illius æternam memoriam quotannis fieri perhibebatur,eo uidelicet menſe/qui apud illos quidem Thargilius/apud noſtros uero Aprilis appellatur,

Qui phar/maci apud Athenienſes

Thargilia feſta Athe/nienſium

pellatur, qui posterioribus etiam seculis duorũ præclarissimorum philosophorũ Socratis scilicet & Platonis natalibus fuit insignitus. Si quidem Socrates octauo, Plato autem septimo idus in lucem prodijsse feruntur.

Quod Epaphroditus Neronis libertus triginta millia librorum possedit. Cap. XXXIIII

Epaphroditus triginta millia librorum habuit

EPaphroditus Chæroneus grammaticæ artis professor, qui Neronis temporibus floruisse dicitur, eiusq; à libellis fuit minister, & post illius mortem ad Neruam usq; principem deuenit, triginta millia optimorum librorum habuisse perhibetur.

Sophoclem tragicum serijs iocisq; pariter accommodatum fuisse, ubi quæ Ion poeta de illo scripsit iocunde recensentur. Cap. XXXV

SOphoclem tragœdiarum scriptorem, præstanti ingenio uirum, & serijs iocisq; solerter accõmodatum cum in reliqua omni uita, tum in symposiorũ maxime hilaritatibus extitisse nonnulli ueterum memoriæ prodidere, inter quos Ion poeta in peregrinationibus suis Athenæo referente, huiusmodi de illo cõscripsit, se qua tempestate Sophocles Athenienſium classis imperator apud insulam Lesbum morabatur, illuc applicuisse. Cumq; is ab Hermisileo Lesbio uiro inter suos primario, & Atheniẽsium reipublicæ perquàm studioso, inuitatus ad cœnã liberaliter acceptus fuisset, se quoq; ei interfuisse conuiuio commemorat, ubi Sophoclis primum

Ion poeta

mum lepores & fales antea tantũmodo auditu cogni/tos/ coram ſe deguſtaſſe dicit. Cum enim procedente, inquit, conuiuio, crebrioribus iam agi cœptum eſſet poculis, & formoſus quidã incipientis iuuentæ adoleſcens Sophocli fortè aſtans ſedulò miniſtraret/ad eum hila/re conuerſum Sophoclẽ molli uocis ſono dixiſſe, uis ne me hodie puer feſtiue & ſuauiter bibere? cumq; liben/ter ſe id uelle dixiſſet ille, lentius igitur & auferas, & af/feras mihi calicem, ut tuo diutius cõſpectu perfrui poſ/ſim, ex quo puerum illum ſatis decenter erubuiſſe ſcri/bit. Cumq; paulopoſt inquit uino iam liberius ſe inui tantibus conuiuis / tenuis in Sophoclis poculo caſu fe/ſtucula incidiſſet, illamq; puer ſummis auferre digitis conaretur, percontatum illum Sophoclem ait, an feſtu cam in uino natantem cerneret, & annuente eo, quin tu illam potius exſufflas mi puer dixiſſe/ ne digitos turpi ter intingas? cumq; dicto audiens puer diſtentis label lis os calici ſimpliciter admouiſſet/ illũ qui de induſtria quidnã poculo ineſſet uidere ſimulauerat / & ideo pue/ro propior factus fuerat/adoleſcentem arctius comple xum molliſſime ſuauiatum fuiſſe, cumq; acclamãtibus inquit ſub hoc geſtu cunctis, remq; illam profuſiſſimis cachinnis excipientibus/confuſus (ut par erat) puer ru/boreq; ardens è cõuiuio ſtatim abſceſſiſſet/ nihilo com motum Sophoclem feſtiuiter ſubieciſſe/ Garriat poſt/ hac ô conuiuę, ut libuerit Pericles, Sophoclem quidem bibere

Vrbanum Sophoclis dictũ

bibere ſcire, exercitum uero ducere neſcire, quando hoc mihi ex ſententia ſtratagema tam præclare, & tam pulchre in præſentia ceſſit.

Italorum conuiuia Cretenſibus antiquiora fuiſſe, ubi de Oenotrijs Opicis, Auſonibus, & Chaonibus agitur. Cap. XXXVI

Italorum conuiuia Creticis antiquiora

Italus antiquißimus Oenotriæ rex

COnuiuiorum apud Cretēſes, quæ συσσίτια illi uocabant, antiquus uidetur fuiſſe uſus à Minois uſq; temporibus repetitus. Cæterū autore Ariſtotele in ijs quæ de re publica ſcripſit commentarijs, Italorum conuiuia Creticis etiam antiquiora fuiſſe perhibētur, ſiquidem Italum uetuſtiſſimū Oenotriæ regem, quæ poſtea ab illius nomine Italia eſt appellata, primum conuiuia ea inſtituiſſe, populoſq; agreſtes & feros compoſitis & conſtitutis legibus eo modo ad mitiorē uitæ cultum traduxiſſe fama eſt. Tractum autem Italiæ illum incoluiſſe ſcribit Italū, qui inter duos ſinus Scyllaceum uidelicet & Lameticum interiacet medius, quem à mane ad meridiem nullo negocio expeditus uir pedibus permeare poteſt. Illa quinetiam tempeſtate, iuxta Tyrrhenos, qui Hetruſci poſtea ſunt uocitati, Opicos indigenam Italiæ gentem, ſedes ſuas habuiſſe commemorat, qui etiam Auſones nuncupabantur, iuxta uero Iapygiam, quæ ad Ionium uergit pelagus, Chaonas regionem eam quæ Syrtis appellata eſt, incoluiſſe perhibent, ab Oenotrijs autem Chaonas hos originem ha-

Opici Italiæ populi. Auſones Chaones

buisse/idem refert autor. De Oenotriis autem & Italo eorum rege, ab Aristotele non dissentiens, hæc Virgilius uates scribit,

Virgilius

Est locus Hesperiam Graij cognomine dicunt
Terra antiqua, potens armis atq; ubere glebæ,
Oenotrij coluere uiri nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

De oraculo Teucro dato, & de Sminthei Apollinis templi origine. Cap. XXXVII

TEucer Scamandri filius patrium linquens solum/ Cretam scilicet insulam/ cum Apollinem de profectione sua consuluisset, quæsissetq; de illo quæ nam terrarum loca petere, aut ubi sedes suas figere deberet, huiusmodi habuisse oraculum fertur, ut ea scilicet loca incoleret/in quibus illum eiusq; socios & fugę comites/ terrigenæ fuissent aggressi, cumq; responsi prædictiones huiusmodi haudquaquã Teucer intelligeret, neq; quò tenderent illæ satis coniectari posset, forte fortuna uagus & errãs ad Troiæ loca accessisse dicitur, ubi cum negligentius agerent/noctu illis scutorum lora, & arcuum neruos mures corrosisse feruntur. Quamobrẽ oraculi memor Teucer, & has sibi terras incolendas ab Apolline promitti ratus/urbem Sminthium eo loci/& celebre in illa Apollinis cognomẽto Sminthei templum ædificasse perhibetur. Sminthium enim patria Cretensium uoce/Mus appellabatur.

Oraculum Teucro datum

Sminthium ciuitas

De

De Eleusinijs sacris, & quando ibi parua appellata mysteria originem sumpserunt. Cap. XXVIII

HErculem ferunt cum accessisset ad Eleusinios aliquando, sacris Eleusinæ Cereris mysterijs initiari percupiuisse, cumq; id impensius Eleusinios expostulasset, & illi quidem Eumolpi legibus, qui illud primus *Eumolpus* instituit sacrum, id facere prohiberentur, aduenã enim initiari permittebant neminem. Herculi autem tam bene de hominum genere merito nihil non tribuendum esse ducerent, ut utrunq; commode perficere possent, Parua appellata mysteria instituisse dicuntur, ex quo *Parua mysteria* inoleuisse dicitur mos, ut aduenæ etiam & externi, ad Cereris Eleusinæ sacra sæpius admitterent, talisq; parvorum mysteriorum origo prima fuisse perhibetur.

De Herculis contra Amazones expeditione rara historia, Cap. XXIX

ADmetam perhibent Eurysthei filiam Hippolytæ Amazonũ reginæ celebrem zonam aliquando sibi habere concupiuisse, quamobrem Eurystheum Herculi hoc imposuisse muneris ferunt, qui cum Theseo & Telamone, nõnullisq; alijs sibi assumptis socijs, Themisciram Amazonum urbem peruenisse fertur. Cumq; Iunonis admonitu Amazones illis armata occurrissent manu, cõserto inter eos prælio Hercules Hippolytam contra se stantem interemisse dicitur, eiusq; baltheũ abstulisse, quem postea Admetæ (ut aiunt) tradidit. *Admeta* *Hercules*

didit. Sunt autem qui non interfectã ab Hercule Hippolytam fuisse, neq; zonam eam hoc ab illo uendicatam modo dicãt, sed cum illius sororem Menalippam ex insidijs excepisset Hercules, Hippolytam pro sororis redemptione sponte sua cingulum heroi repræsentasse autumant. Cæterum eiusdem postmodũ cinguli causa, Amazonas fama est cum exercitu Athenas peruenisse, & uniuersam deuastasse Atticam, cum cymerium Bosphorum frigoribus in glaciem concretum magna manu transmisissent, quas etiam Lysias rhetor primas omnium mortalium belligerare cœpisse, equosq; à se domitos primas ascendisse memoriæ prodidit.

Lysias rhetor

De Biennæ in Creta urbis origine, & unde nomen acceperit. Item de altera eiusdem nominis Galileæ ciuitate, & Hydrunti in Italia ædificatione. Cap. XL

Biennam Cretæ urbem nõnulli à Bienno quodam ex Curetis insulæ illius accolis denominatam fuisse ferunt, alij autem à ui, quam Græci βίαν appellant, quoniam eo loci Martem ab Oto & Ephialte Neptuni liberis, uinculis coercitum fuisse dicant. Quamobrem ea in ciuitate per longa annorum postea curricula, Martis solẽnia perdurasse ferunt sacra, quæ ob rei illius æternam memoriam ἐνάλια sunt appellata. Cæterum apud Eusebium in Ecclesiasticæ historiæ cõmentarijs, de altera etiam legitur Bienna Galileæ ciuitate, quæ ad Creticam hanc Biennam tanquam ad metropolim

Otus & Ephialtes Neptuni filij.

ἐνάλια sacra.

Eusebius.

Origo Biennæ urbis Galileæ

polim prima originis suæ initia planè retulisse dicitur, cuius ædificandæ huiusmodi fuisse memoratur exordium. Cum enim aliquãdo maxima terræ siccitas & cœli æstuosus squalor Cretam occupasset insulam, diutiusq; id perseueraret malum, & ea calamitate fata iam omnia penitus interijssent, hac super re consilio sæpius habito, coacti tandẽ sunt Cretenses ex suis bonam accolarum partem aliò ad habitãdum transmittere, qua etiam tempestate quædam illorum manus in Italiam peruenisse, & Hydruntum ædificasse oppidũ perhibetur. Tunc igitur non contẽnenda illorum portio nouas quærens sedes oraculum hac de re consuluisse dicitur. cumq; illis responsum fuisset, ut eò erroris sui finẽ componerent ubi palustria maxime reperissent loca, cum forte fortuna ad Rhodæ amnis ostia qui Galileam secat mediã peruenissent, & eum regionis illius tractum restagnantibus undiq; aquis palustrem admodum & aquis redundantem animaduertissent, illum prosignificatis sibi ab oracolo sedibus ad habitandũ elegerunt, conditaq; ibi ciuitate, eam de patriæ urbis nomine Bienam appellauere. Sunt autem qui illam ideo nuncupatam uelint, quoniam uirgo quædam Biẽna nomine peregrinationis illorum comes cum eo loci ludibunda fortè saltaret, subito terræ hiatu fuerit absorpta.

Hydruntum à Cretensibus conditum

Rhoda fluuius

Qui nam Artæi apud Persas sint uocati, unde Artaxerxæ & Artabazi. Cap. XLI

ARtæa Perſidis eſt regio quã Perſeus Andromedæ & Perſei prioris filius quondã incoluiſſe fertur, Artæos autem Perſæ eos uocant, ut Stephanus in Ethnicis ſuis ſcribit, quos Græci priſcos & antiquos heroas appellant, inde compoſitis nominibus nobiles apud illos Artaxerxæ & Artabazi ſunt cognominati. Idemq; apud Ægyptios heroes qui cum antiquitate, tum rerum gloria, aut aliquo in homines beneficio collato ſunt celebres & inſignes, Millammones & Panapollines ſunt nuncupati.

De Aſcalonij oppidi origine & nomine, unde Aſcalonæum Bulborum genus. Cap. XLII

Aſcalonium Syriæ oppidũ

AScalonium ſiue Aſcalon, Syriæ oppidum fuit Iudeæ cõterminum, in quo primum bulborum natum id fuiſſe dicitur genus, quod ab illo Aſcalonæum eſt appellatum. De Aſcalonæis etiã fictilibus quæ eo loci optima & probatiſſima fiebant, memoriæ proditum eſt. Cæterum urbem eam Nicolaus Damaſcenus peripateticus in quarto hiſtoriarũ ſuarũ libro, ab Aſcalo Idumæi filio & Tantali fratre ædificatã fuiſſe ſcribit, qua tempeſtate ab Aciano Lydorũ tyranno cum exercitu in Syriã miſſus, loci pellectus amœnitate, & accolę cuiuſdam uirginis amore coactus, eam regionẽ negle-cto in Lydiam reditu incoluiſſe perhibetur, cui ſententiæ Xanthus etiam hiſtoriarum non ignobilis ſcriptor in Lydorum rebus geſtis aſtipulari planè uidetur.

Aſcalonæum bulborum genus

Nicolaus Damaſcenus

Acianus Lydorum tyrannus

Xanthus

De

De Cassandræ in Italia templo, & de ijs quæ in illo geri mos fuerat. Cap. XLIII

CAssandræ templum in Italia fuisse iuxta Salpem paludem, & oppidum Dardanium appellatum, autor est Lycophron, in hoc si accolarum quæpiam uirgo parentũ, ut fit interdum, uirginitatis amore nuptialibus renuncians uotis, siue ob oris deformitatem, aut aliud huiusmodi quippiam sibi traditũ perosa uirum, cõfugisset, sui posthac erat iuris, & inde illam abstrahi inuitã pro summo scelere habebatur, quę postmodum detonsis crinibus, & pullas induta tunicas, faciemq; coloribus quibusdam delinita quo turpior uideretur, per omnem ætatem uirgo perseueranter manebat. *Cassandræ templum*

De Glauco & Erymantho Antenoris filijs, & de Antenoreo appellato monte in Creta. Cap. XLIIII

GLaucum & Erymanthum ferunt Antenoris filios post euersam Troiam Menelaum sequutos ducem, contrarijs distractos uentorum procellis, nauiq; etiam qua uehebãtur tempestatibus difracta, ad Cretæ tandem insulæ litora depulsos peruenisse, quo in loco, utpote qui periculosissime nauigassent, maris iam pertæsos, remansisse illos, & sedes illic suas constituisse perhibẽt, ubi Antenoreus collis ab eorum cognomine postmodũ est appellatus. Lysimachus autẽ in ijs commentarijs, quos νόστους inscripsit, Glaucum dicit & Acamanem & Hippolochũ Antenoris natos post patriæ euer- *Glaucus Erymanthus* *Antenoreus collis* *Lysimachus*

euersionem ad Acamacem Libyæ tyrannum accessisse, ibiq; editiorem quendam tumulum secundum mare inhabitasse, qui de illorum nomine est Antenoreus appellatus.

Helenum Priami filium ab Vlysse fuisse captum, & in castra Græcorum deductum, illumq; de Pelopis osse & Philoctete dixisse, sine quibus Troia capi non poterat. Cap. XLV

Heleni prædictio

HElenum ferunt Priami filium puerum adhuc impubem, dolo ab Vlysse exceptum, & in Græcorum castra delatũ, illis simpliciter, quod inaudierat dixisse, nunquam se Ilij capturos arcem nisi ossa prius Pelopis sedulò perquisita, & Achillis filium Neoptolemum, tertiumq; insuper Philoctetẽ in castra sua perduxissent. Quamobrem ijs illius uerbis ductores Græcorum admoniti, ista hæc postea omnia diligẽter curasse perhibentur. Verum in Philoctete adducendo difficilior fuisse dicitur ratio, qui Lemni æger insanabili cruris ulcere, quod sibi hydrę morsus impegerat, maximis dolorũ cruciatibus in assiduo eiulatu, & gemitu miserrimam degebat uitam, sed is etiam in castra ab Vlysse delatus, & soporifero poculo à Machaone consopitus, & inde sectus, herba quadam, ulcere uino prius abluto superimposita, integre sanatus fuisse perhibetur. Qui postmodum Paridem Alexandrum mira in Græcos uirtutis bellicæ opera factitantem, tribus cõtinenter sagittis

Philoctetis ad Iliũ aduectio, & curatio

Paris à Philoctete interfectus

gittis interemisse fertur. Nam læuam illius manũ una, dextrum altera oculum, tertia ambos trãsegisse pedes dicitur, eoq; modo egregium bellatorem prostrauisse.

De Polæ urbis ædificatione à Colchis. Cap. XLVI

COlchorum manus quædam cum Oëtis iussu Medeam cum Iasone fugiẽtem prosequuta fuisset, & usq; ad extremam sinus Illyrici oram frustra errans & uaga peruenisset, & illa haudquaquam reperta, Oëtis metu domum redire uereretur, in eo quo applicuerat loco mansisse dicitur, urbemq; statuisse, quam Polam appellauere, patria enim Colchorũ uoce Pola exulem significare perhibetur. *Pola ædificata*

De Podalirij apud Calabros oraculo, & de Althæni fluuij medicatis aquis. Cap. XLVII

POdaliriũ Esculapij filium, & Machaonis fratrem, post euersam Troiam in Italiam peruenisse, ibiq; diem suum obijsse ferunt. Accidit autem postea ut ab illius loci accolis pro heroe cultus, in magna etiam uenerationis religione habitus fuerit, siquidẽ Calabrum populi de dubijs & incertis rebus numen cõsulturi ad illum soliti fuerunt accedere. Oraculi autem illius fuisse genus perhibetur huiusmodi, ut heroem scilicet consulturus, iuxta illius sepulchrũ in agninis pellibus obdormisceret. Somnijs enim de qua quisq; re scire cuperet palàm admonebatur. Althæno quinetiam nomine iuxta illius tumulũ placidus fluebat amnis, in quo si homines *Podalirij oraculum* *Althæno fluuius*

mines & iumenta saucia siue ulcerosa lota fuissent Podalirij inuocato nomine, sana & integra è flumine exire constans erat fama. Quamobrem id fluuio inditum
Timæus fuisse nomen Timæus est autor: ἀλθαίνω enim mederi & succurrere Græco significatur uocabulo, qualem
Alpheus fluuius etiam Alphei Arcadiæ amnis fuisse denominationem dicũt, quia alphos, id est, uitiliginis morbum aquis suis ablueret & curaret.

Quod Thersites ab Achille pugni ictu fuerit interfectus. De Cleta Amazone Penthesileæ nutrice. Cap. XLVIII.

Penthesilea ACHillem Penthesilea interfecta, cũ qua pugnando post ancipitem diu congressum uix superior euaserat, dum iacentis spoliat corpus pulchritudine illius, & incipientis iuuentæ gratia commotum collachrymasse ferunt, Græcisq; persuasisse, ut formosam adeo uirtutisq; eximiæ mulierem, extremo sepulchri honore magnifice condecorarent. Quamobrem expeditam cauillorum causam Thersiti datam perhibent, qui aliquando excellentibus semper uiris infensus, tum etiã Achillem illius dum uiueret amore captum insimulabat, addebatq; insuper illum uita etiã functo cadaueri se commiscuisse, idcirco iratum ferunt Achillem, cum gladio alioquin dedignaretur, illum pugni ictu interfeciisse. Sunt qui dicant, non eam ob causam id egisse Achillem, sed quoniam defunctæ oculos Thersites in illius contumeliam effodisset: Diomedem uero aiunt, Thersitis

Achilles Thersiti infensus

Thersites ab Achille interfectus

sitis cognatum, eius nece non mediocriter commotum, Pentheſileæ cadauer pedibus attractum in Scamandrum poſtea flumẽ præcipitaſſe. Cæterum hoc etiam memoriæ proditum eſt, Cletam Amazonem Pentheſileæ nutricẽ, cum ualida ſatis manu domo profectam, ũt alumnæ auxilium ferret ſuæ, poſtquàm de illius intellexit morte, & conuerſis retro nauium gubernaculis, nam claſſibus uehebatur patriam repeteret, contrarijs delatam uentis, & tempeſtate compulſam in Italiam perueniſſe, ibiq; iuxta Crotoniatarum fines urbem exædificaſſe, quæ poſtea annis uoluẽtibus à Crotoniatis capta, funditus euerſa, & deleta fuiſſe dicitur. *Cleta Penthesileæ nutrix*

De Locrenſium calamitate, qui oraculi reſponſo, quotannis Ilienſibus duas mittebant uirgines. Cap. XLIX

POſt Aiacis Locrenſis ad Græcorum ſcopulos miſerandum naufragium, cuius cadauer fluctibus ad Delum inſulam delatũ eiectumq; ibidem tumulatum fuiſſe dicitur, illius ſocij è multis pauci uix tandem poſt uarios errores domũ perueniſſe feruntur, poſt quorum (ut aiunt) reditum uno & altero anno Locrenſiũ res ſatis proſpere ſuccedebant, & commode etiam in poſterum Locrenſes ſecum actum iri credebant, uerum tertio ab illorum reditu anno tanta ſubito peſtilentiæ uis, & famis etiam illorũ inuaſiſſe dicitur regionem, ut nullo paſſim remedio omnes planè interirẽt, quam uates calamitatem ob nephandũ Aiacis in Caſſandram ſtu- *Locrenſium calamitas*

prum, à Pallade illis immissam prædicabant. Cumq; hac super re consuluissent oracula, responsum illis fuit, ut Palladi Ilienſi supplicarent, eiq; sorte eductas quotannis duas mitterẽt ex suis uirgines, neq; ab hac postmodum missione, nisi postmillesimum ullo pacto cessarent annum, quod & uotum fuisse dicitur, & diutius etiam obseruatum, illamq; morbi uastitatem eam ob causam repentino cessasse. Cæterum uirgines eas quæ mitterentur ab Ilienſibus omni suppliciorum acerbitate confici solitas ferunt, illarumq; corpora syluestribus lignis ex infelici stirpium genere comburi. Ex quibus restantes postea cineres, & ossium reliquias, à Trarone Troadis promõtorio in subiectum deiici pelagus moris fuerat usitati. Quod si forte fortuna illarum quampiam ad Troiam clàm delatã illos latere contigisset, hæc in Palladis templum ingressa illud quidem scopis uerrebat, lymphisq; conspergebat, & reliquis post hac seruilibus fungebatur ministerijs, ad deæ autem penetralia minime accedebat, nec nisi noctu è templo longius egredi audebat. Fuisse autem illarum quæ mitterentur uirginũ huiusmodi corporis habitus perhibetur. Vnica talaris tunica, & ea pullo squallens colore, capillus lugubrem in morem ad cutem detonsus, & nudi per omnem uitam pedes. Peribœam autem & Cleopatrã nomine primas à Locrensibus uirgines ad Troiam transmissas fuisse, autor est Timæus, qui etiã anniculos infantes

Peribœa & Cleopatra primæ Locrensium ad Troiam missæ

santes quosdã cum nutricibus aliquot annos post uirginum missionem à Locrensibus transmissos fuisse scribit, idq; sacri genus mille post euersam Troiam annos perseueranter durauisse. 1000

De Teleboís & Taphijs, de Electryone insuper & Amphitryone non uulgaris historia, item de Cephalo à quo Cephalenia nuncupata. Cap. L

PTerelam Taphij filium Echinadas insulas imperio obtinuisse ferunt, eamq; gentem Teleboas & Taphios ab ipso fuisse nuncupatam. Huius filij, Chromius tyrãnus, Ampilus, Cherisidamas, Mestor, & Euires, constructis nauibus ad uicinam transmittentes Peloponesum, Electryonis Mycænarum ea tempestate tyranni, boues abegisse dicuntur, cũq; Electryonis filij Stratobates & Gorgophontus, alijq; præterea nõnulli in quibus & Lycinnius eiusdem spurius fuerat, re percepta ocyus accurrissent, pugna inter illos cõserta, omnes ad unum tam Electryonis quàm Pterelæ liberi, Euire excepto hinc, & inde Lycinno, interfecti fuisse dicũtur. Taphios tamen prædã abegisse & penes Polyxenum Elienſium regem illam deposuisse ferunt. Quam post ea cum Amphitryo à Polyxeno acceptam Mycænas adduxisset, & illam Electryoni tradidisset, illius filiam Alcmenam in uxorẽ habere meruit. Qui cum postmodum imprudens socerum interfeciſſet Electryonem, in taurum enim quendam fugientẽ pastoralem fortè ma-

Electryon

Amphitryon Alcmena

Amphitryon imprudens ſocerum interficit Electryonem

nu iaciens clauam/ab illo quidē aberrasse, socerum autem percussisse & strauisse dicitur. Mycænis relictis & patria Tyrintho/ profugus Thebas peruenit, ibiq; à Creonte Thebarum tyranno ab inuolūtaria expiatus cæde, cognatorum mortem, & Taphiorum ulcisci iniurias cupiens, deducto in sentētiam suam Creonte/cum illo/& insuper Cephalo & Panopæo ingēti coacta manu, paratisq; nauigijs compluribus, in Taphios hostiliter inuectus est, illosq; breui, ut fertur/ expugnauit, & Cephalo ibi relicto, qui Cephaleniam à se insulam denominauit, ipse cum Creonte & reliquis domum prospere redijsse perhibetur.

Cephalus à quo Cephalenia

De Menestheo, Phidippo, Antipho, Elpenore & Philoctete, qui post euersam Troiam dissecti, diuersa incoluere loca, de Apollonia ab Elpenoris socijs constructa, & Halei Apollinis templo in Italia à Philoctete ædificato. Cap. LI

POst euersam Troiā Menestheus, Phidippus Antiphus/Elpenor/& Philoctetes Græcorū duces ad Mimantum usq; promōtorium communi classe simul nauigasse feruntur, inde uero uento ex procellis dissectos alium aliò cursus direxisse suos fama est. Et Menestheus quidem Melum petens insulam Polyanacto illius tyranno sub ijs fortè diebus extincto ea insula potitus esse perhibetur. Phidippus autem cum suis, uentis delatus secūdis Cyprum insulam petijt, ibiq; sedes

Melos insula

suas

ſuas collocauit. Antiphus uero Theſſalus, & Elpenor, ſiue Elpenoris comites (nam ſunt qui Elpenorem apud Troiam diem ſuum obijſſe dicant) ille quidem ad pelaſgos, quos poſtea Theſſalos & regionē illam Theſſaliam denominauit, ij uero ad Epiri litora peruenisſe dicuntur, ibiq; Apolloniam urbem ſuper Ionium ſitam pelagus ædificaſſe & incoluiſſe feruntur. Philoctetes autem ipſe contrarijs in Italiam delatus uentis, iuxta Crotonā Cremiſſum incoluit, ibiq; Apollinis cognomento Halei templum, erroribus finem ſtatuens ſuis, celebre conſtruxiſſe, & in illo arcum & ſagittas compoſuiſſe ſuas dicitur, qui poſtea dū Pellenæos Italiæ accolas Rhodijs qui domo profecti nouas ſibi ſedes quærebant, eorumq; regionem inuaſerant auxilium afferens oppugnat, in belli diſcrimine diem clauſiſſe extremum perhibetur.

Elpenoris ſocij Apolloniā in litore Ionij maris ædificarunt

Philoctetes in Italiā delatus

Tēplum Apollinis Halei

De Tyrſeno & Lydo hiſtoria, & de pilæ talorumq; inſuper & teſſeræ inuentione, & de Tyrſeni in Italiam ductu, à quo dicta Tyrſenia. Cap. LII

TYrſenus & Lydus, Atyos Lydorum tyranni filij fuiſſe dicuntur: ij cum ualida aliquādo fames uniuerſam inuaſiſſet Lydiam, neq; quid ſperarēt amplius haberent, ut inſtanti calamitati quoquomodo poſſent aliqua reperirent remedia, temporisq; moras inanibus fruſtrarentur ludibrijs: & hoc ſeſe fallerent modo, pilæ luſum, & talorum inſuper & teſſeræ, aliaq; plera q; huiuſce,

Tyrſenus Lydus

huiuſcemodi oblectamẽta excogitaſſe ferũtur. Cumq̃ indies nihilo minus id excreſceret malum, & nihil iam adinuẽta illa proficerent ſubterfugia, habito prius hac ſuper re conſilio, bifariam populares diuiſere ſuos, hac ſcilicet conditione, ut eorum alter domi cum ſuis remaneret, alter uero ad nouas quærendas ſedes egrederetur, huius autem rei arbitriũ ſorti eſſet committẽdum, cumq̃ hoc placuiſſet omnibus, & ad ſortes uentum eſſet, contigit ut extractis ſortibus, profectionis conditio Tyrſeno obueniret, quamobrem præparatis nauibus, cum ſuis illas ingreſſus Tyrſenus proſpera uſus nauigatione in Italiam peruenisſe dicitur, & cum bello loci illius, ad quem fortè acceſſerat, accolas ſtrenue deuicisſet, regionem poſtea illorum obtinuit, & à ſuo nomine illam Tyrſeniam appellauit.

De Galeote & Telmiſſo Apollinis filijs oraculoq̃ illis dato. Cap. LIII

Themiſto

ZAbio Hyperboreorum tyranno filia fuit Themiſto nomine. Hæc Apollinis, ut aiunt, compreſſu grauida geminos peperit filios, Galeotẽ ſcilicet & Telmiſſum. Qui poſt primæ annos iuuentæ cum iam euaſiſſent in uiros, patriã linquentes in Epirum peruenisſe dicuntur, cumq̃ de ſe ipſis oraculum conſuluiſſent Dodonæum, reſponſum illis datum eſt, ut alter eorũ orientem uerſus ſolem, alter uero ad occidentem tenderet, neq̃ uſquã loci conſiſterent prius, quàm rem diuinam facien-

facientibus illis inter sacrificandum aduolantes aquilæ hostiarũ reliquias rapuissent, quo in loco altaribus constructis, eam postea regionẽ, ipsi eorumq; posteri perpetuo incolerent. Quod cum effeciſſent, Telmisso quidem in Caria id contigisse dicunt ostentum, ubi Apollinis Telmissei celebre postmodum constructũ est templum. Galeoto autem in Sicilia oraculi illius prædictiones obueniſſe fama est, eoq; in loco constructa ara sedes fixisse suas dicitur. Voluentibusq; postea annis ex eo prognatam gentem Galeotas nũcupatam fuisse ferunt, uaticinijs deditam, & futurorum euenta apprime callentem.

Telmißei Apollinis templum

Galeotarum gens

De Gelæ Siciliæ urbis ædificatione, & de nominis illius causa uariæ sententiæ. Cap. LIIII

GElam Siciliæ ciuitatem, Proxenus quidem & Hellanicus Stephano referente, à Gelone Ethni & Himeræ filio conditam & denominatã fuisse ferunt. Sunt etiam qui à præterlabente Gela fluuio eam nuncupatam dicãt, qui quoniam gelidus sit & pruinosus, id sibi nomen reperisse dicitur. Gela enim patria Siculorũ lingua pruina appellatur. Cæterũ Aristænetus in ijs quæ de Phaselide scripsit commentarijs, aliam huius nominis causam affert. Scribit enim Laciũ & Antiphemum fratres Delphos aliquando de habitationis loco Apollinem percontatum accessisse, quibus cum nihil ad rem Pythia respõdisset, sed Lacio tantum dixisset, ut orien-

Proxenus Hellanicus

Gela fluuius

Aristænetus

Lacius Antiphemus

tem uersus solem nauigaret, & illius frater Antiphemus istiusmodi oraculum profuso excepisset risu, & ab occidente rursum sole Pythiam suggessisse ferunt. Inde igitur nulla cum spe abeuntes in Siciliam peruenisse, & condita ibi urbe à risu illam Gelam denominasse perhibentur.

De taranda apud Sarmatas fera quæ colorem mutare dicitur, item de Chamæleonte & Polypo. Cap. LV

Taranda fera

DE taranda apud Sarmatas appellata fera & alij nonnulli ueterum, & Aristoteles philosophus in eo quem de admiranda historia conscripsit libello, memoriæ prodidit. Ait enim illā apud Gelonos Scythiæ populos reperiri bouis magnitudine, capite ceruino, admirādæ admodum & singularis naturæ. Siquidem ad omnes locorum fruticumq; apparentias, setarum colores quibus totum corpus hirtum cōuestitumq; habet, illico pmutare, quæ res in chamæleonte & polypo non adeo mira esse censetur, quando isthæc ambo tergus non pilos, quos nullos habent permutare feruntur. Est autem, ut ait, inuentu rara hæc bestia, captuq; difficilis, cum uirium roborisq; causa, tum ob hanc quam diximus colorum mutationem.

Chamæleon
Polypus

De Amazonum origine, & de ijs qui eo loci Sauropodes sunt appellati. Cap. LVI

De amazonū origine prima

AMazonas, quæ Themiscyram iuxta Thermodontem amnem incoluisse feruntur, Sauromatum fuisse

fuisse generis/memoriæ proditum est/ bellicosam sine controuersia nationem/ & masculorũ imperij nesciam. Cæterum de illarum imperio uaria fertur fama. Ex au toribus sunt qui hanc rem naturalibus adscribant cau/sis/regionemq; illam generosarum fœminarum,& im/bellium marium suapte ui effectricem & altricem esse dicant. Nõnulli uero isthuc ab initio casu eueniisse con tendunt. Aiunt enim Sauromatas eo loci degentes in/genti aliquando manu in Europam ueniisse: cumq; ibi bellando ad unum omnes cæsi concidissent/ fœminas quæ domi remanserant/ senum pertæsas qui in patria ætatis uacatiõe relicti,imperij sibi habenas extincta iu uentute uẽdicare uolebant, illos quidem ad deserta re/gionis loca ui cõpulsos fame necasse/infantes uero pue ros/& primæ ætatis adolescẽtulos: ne huiusmodi quip piam posthac contra ipsarum molirentur imperiũ/ cru ribus & brachijs distortis/debiles & mancos reddidis/se,sanxissequ,ut qui postmodum nascerentur masculi/næ sobolis fœtus/omnes eo inutiles redderẽtur modo, qui eam ob causam Sauropodes accolarum postea ca uillo sunt appellati/ quoniam lacertorũ more cruribus obliquis & distortis ambularent. *Sauropodes*

De Abdera Thraciæ urbe, & à quo fuerit cõstructa, item de claris illius ciuibus. Cap. LVII

ABdera Thraciæ ciuitas/fuit & alterum eodem no mine Hispaniæ/iuxta Gades oppidum/ ut Arte *Abdera*

midorus in geographia refert. Cæterũ Thracia Abdera, ab Herculis dilecto puero & in delicijs habito Abdero nomen reperisse perhibetur, quem à Diomedis equis dilaniatum, Herculem eo loci tumulasse dicunt. Vrbis huius cũ alij fuere ciues egregij, tum percelebres maxime Nicænetus uates, Democritus physicus, & Protagoras is quem scribit Eudoxus gemini sermonis rationem, melioris inquam & deterioris reperisse, & discipulos suos de quacũq; postea re in utramq; partem copiose & commode posse disserere docuisse.

Nicænetus uates
Democritus
Protagoras

De galatarum trifariam diuisa natione, illorumq; nominibus, & de Angyræ urbis nomine & origine. Ca. LVIII.

GAlatæ Gallorum natio patrio relicto solo nouas sibi sedes quærentes, magna suorum collecta manu in maiorem Phrygiam peruenisse dicuntur, & eam occupasse regionẽ, quæ ab ipsis postea Galatia est nuncupata: quam trifariam diuidentes, ita ut tres uniuersæ multitudinis erãt duces, separatim habitasse perhibentur, à quorum etiam nominibus claris ea in regione ciuitatibus nomina fuisse imposita autumant, Pessinunti scilicet & Tauiæ & Angyræ: quamuis nõnulli uoluerint non ideo Angyram fuisse denominatam, sed quia cum à Mithridate & Ariobarzane regibus, qui Galatis à Ptolemæo oppressis auxilio uenerant, Aegyptiorum deuictus exercitus, & ad mare usq; fugatus deditione facta in illorum manus peruenisset, nauigiorum

Galatia

Angyræ urbis nomen & origo

suorum

ſuorum anchoris traditis, donec pro condenda eo loci urbe ubi ſuperatus fuerat, pecunias repræſentaret, eo ſibi modo ſalutem reperiſſe dicatur. In uictoriæ igitur illius æternam memoriã, & non aliam ob cauſam ædificatæ poſtea urbi Angyræ nomẽ impoſitũ fuiſſe ferunt.

De Aethiopum pietate & iuſtitia. Cap. LIX

Aethiopum pietas & iuſtitia

AEthiopes cũ cæteris uirtutibus inſignes eſſe perhibentur, tum iuſtitia maxime & pietate percelebres: quos ferũt primos mortalium omnium & uiuendi cõmodas reperiſſe leges, & deorum cultum religionemq; rite inſtituiſſe, ut nõ immerito uates Homerus illos deorũ hoſpites & conuiuas eſſe uoluerit, Iouemq; cum cœlicolis illorũ frequentaſſe cœtus & conuiuia ſcripſerit: primos autẽ inter eos, qui deorũ reperiſſe aliſq; tradidiſſe cultum perhibentur, Mithram & Phlegiam uocitatos fuiſſe, Phauorinus memoriæ prodidit.

Homerus

Mithra
Phlegias
Phauorinus

De Alexandri ſomnio, & Alexandriæ urbis ædificatione illiusq; magnitudine & nominibus priſcis. Cap. LX

ALexandriam Aegypti celeberrimam urbem ab Alexandro Macedone in ſomnis monito, & loco illi etiam commonſtrato conditam fuiſſe ferunt: huius magnitudinem ſitumue cum cupido regi deſcribere uellent architecti, neq; gypſum, aut albam uſpiam eo in loco terram inuenirẽt, farina diſſeminata illorum uice uſi fuiſſe dicuntur, cumq; ad illam auidius conuolaſſent aues, & pleriſq; etiam in locis diſpoſitas farinæ

Præclarum ostentum in Alexandriæ ædificatione

ductu notas rapiẽdo deuastassent, territum hoc ostento ceu tristi & diro Alexandrum/de commutando urbis loco cogitasse ferunt, quod proculdubio illico effecisset, ni uates illũ & aruspices id facere prohibuissent, urbem illam omnium nutricem & alumnam aliquando fore talibus deorum portentis constantissime promittentes. Fuisse autem illius longitudinem quatuor & triginta stadiorum ferunt, latitudinẽ uero octo, totius autem dimensus ambitus centena & duodena stadia explesse dicitur. Hæc urbs apud ueteris memoriæ scriptores/Græcos præsertim/Rhacotis aliquando/interdum etiam Pharus appellatur: nonnunquã uero Leontopolis, quoniam (ut aiunt) conditoris illius Olympia genitrix/iuxta imum uentrem Leonis insignitam imaginem habuisse perhibetur.

Magnitudo Alexandriæ Rhacotis Rharus Leontopolis

De Nesto & Tryphiodoro poetis, qui Iliadem & Odysseam Lipogrammatos appellatas cõscripserant, & de ijs qui Metamorphosin apud Græcos scripserunt. Cap. LXI

Nestus Lycius poeta

NEstus Lycius ex Laranda oppido in arte poetica clarus admodũ fuisse perhibetur, filiumq́ etiam habuisse dicitur/Pisandrum poetam inter paucos celebrandum. Hunc dicunt Nestum Seueri Augusti temporibus Iliadem scripsisse peculiarẽ/quam ab indicantium literarum defectu λειπογράμματον appellauit: qua etiam ratione Tryphiodorũ hũc imitatum Odysseam scripsisse cõmemorant. Magni profecto & indu-

Pisander

Ilias λειπογράμματος

Tryphiodorus poeta

strij

ſtrĩ laboris utrunq; opus, & ſtudĩ non contemnendi, ſiquidem in quocunq; Rhapſodiæ illorũ libro id defi/cit elementum, quod illi nomen, & numeri ordinẽ aſſi/gnare dicitur. In primo enim (uerbi cauſa) libro nullum reperitur α, & in ſecundo nullum ineſt β. Similiq; mo/do in ſingulis index ſemper deficit elementum. Hunc Neſtum cum multa etiam alia, tum Metamorphoſin, ut apud nos Ouidius Naſo, & apud Græcos Parthe/nius Nicænus, luculenter ſcripſiſſe commemorant.

Qui Meta/morphoſin apud Græcos ſcripſerunt Parthenius Nicænus

De Acamãte Theſei filio, & illius miſerabili interitu non uulgaris hiſtoria. Cap. LXII

ACamas Theſei filius poſt euerſam Troiam pau/cis cum nauibus ad Biſaltas Thraciã gentem ap/plicuiſſe dicitur, ibiq; à Phillide regionem illam impe/rio obtinentis filia adamatus, ea illã conditione in uxo/rem duxiſſe fertur, ut illius imperĩ ſucceſſor poſtea & hæres exiſteret. Cæterum Acamas cum in patriam re/dire percuperet, multis Phillidem & ſocerum precibus deprecatus, ut ſibi domũ remeare liceret, ægre tandem id celeris promiſſione reditus impetraſſe dicitur, quem uſq; ad regionis terminos proſecuta Phillis, capſulam quandam diſcedenti tradidit occluſam, illiq; manda/uit, ut ſanctiori eam diligentia cuſtodiret, in illa nam/que matris deũm occulta latitare myſteria, quæ mini/me uidere curaret, niſi caſu quopiam ad illam ampli/us redire deſperaſſet. Hanc igitur poſt ultimos am/

Acamas Theſei filius Phillis

plexus

plexus accipiens Acamas in Cyprum insulã classe delatus est, ubi cum Phillidis immemor coniugis sedes composuisset suas, illã hoc cognito sibi ipsi/mariti desiderio manus postea attulisse ferunt, uerum haud multo sanè post, periurij & fraudum suarum Acamas meritas luisse pœnas dicitur. Nam cũ capsulam sibi à Phillide traditam curiosius inspecturus aliquando reserasset/subitis percitus furijs uesano mẽtis errore, infrenem conscendisse equũ/ & huc illuc furenter discurrens præcipiti casu in suum ipsius ensem incubuisse, eoq; modo miserabiliter interijsse perhibetur.

De Mopsi & Calchantis in diuinandi arte certamine, & de Calchantis morte. Cap. LXIII

Archilochus
Leonteus
Podarces
Polypites
Calchas
Mopsus

POst euersam Troiam cum alij Græcorũ duces nauibus domũ redire statuissent/Archilochus/& Leonteus Podarcesq; & Polypites, Calchantis admonitu nauibus apud Troiam relictis illum sequuti ducem pedibus Colophonem peruenisse dicuntur, cumq; eo loci à Mopso Apollinis & Mantus filio hospitaliter essent susceptí/Calchantem ferunt conspecta fortè iuxta se ficu grossis referta, ut artis in illo periculũ faceret/Mopsum interrogasse quot nam illos diceret esse grossos, qui nulla (ut aiunt) interposita mora/decem millium & unius numerum adimplere constanter respondit, req; ita ut dixerat numerando exacte comperta, Calchantem Mopsus uicissim interrogasse dicitur, quot nã gra

uida

ũida ſus,quæ forte fortuna eo loci aderat,utero porcel/ los geſtaret,& quando illos paritura eſſet,cum uero ad hæc muſitans tacuiſſet Calchas / Mopſum ſtatim aiũt ſubdidiſſe / illam poſtridie decem parituraã eſſe fœtus, inter quos unum tantũ fore maſculum. Cumq; dicto/ rum eius exactiſſima inſequuta eſſet fides,Calchãtem ferunt ob hæc animi mœrore uexatũ paucos poſt dies eo in loco extremum clauſiſſe diem/cum alioquin iam/ pridem oraculo fuiſſet admonitus, tum eum eſſe interi turum cum ſe peritiorem augurem reperiſſet.

Calchantis mors

De columbarũ genere quæ phaſſæ à Græcis appellantur, & quãdo primum albæ columbæ in Græcia uiſæ ſunt, & de columbis in Sicilia ad Erycis mõtem ſtatis diebus non apparentibus & rurſum redeuntibus. Cap. LXIIII

COlumbarum generis / quæ corpore maiores exi/ ſtunt/& cinerei ſunt coloris/ φάσσας Græci appel lant paruis gallinaceis haud multo minores. Has ferũt trigeſimum ſæpius/& quadrageſimum etiam nonnun quam uitæ excedere annum , quod temporis ſpacium cum conſorte quiſq; ſua adeo fideliter exigit, ut alteru/ tro fortè extincto/alter perpetuo poſtmodũ celebs de/ gat/& ſecundi ſemper cõiugij expers exiſtat,quod cor/ ui etiam & cornices & graculi planè facere perhibẽtur. Cæterum ut hoc etiam obiter non ſileatur/Charonem Lampſacenum Athenæus refert,in ijs quæ de Perſicis rebus ſcripſit commentarijs/memoriæ prodidiſſe. Qua

Phaßarum natura

Corui, cornices, graculi, extincta compari ſua cœlibes poſthac degunt.

Charon Lampſacenus

S tem/

tempestate Mardonius cum uniuerso Persarum exercitu iuxta Athon montem concisus fuit, albas colũbas, tum primum in Græcia fuisse cõspectas. Additq; præterea idem autor, in Sicilia ad Erycis montẽ statis quibusdam diebus, quos loci illius accolæ Profectorios appellant, quoniã Venerem in Libyam quotãnis id temporis proficiscí constantissime credant, nullas eo tractu columbas uideri, ueluti quæ abeuntẽ uenerantes deam cum illa peregre sint profectæ. Quæ postea nonã post diem, una præueniẽte quæ ex mari in Veneris tẽplum uolare percipitur, omnes uno turmatim agmine illico adesse uisuntur. Quamobrem incolarum profusissimo gaudio, conuiuijs & cantibus omniq; hilaritate festus cõcelebratur is dies, uniuersusq; regionis illius tractus butyrum olere dicitur, quod aduentantis deæ uel certissimum esse indicium, constantissime perhibent.

Veneris ex Sicilia in Lybiã profectio

De Chytrorum apud Athenienses festo appellato die, & illius causa, item de oblatione pro mortuis quæ inferno Mercurio fiebat. Cap. LXV

FEstum apud Athenienses percelebre quod Chytri appellabatur, id nos Ollam Latine interpretari possumus, idibus Nouembris quotannis fieri consueuerat, in quo omne seminum genus in ollam cõiectum elixare moris fuerat usitati, Dionysoq; insuper & Mercurio rem diuinam facere, autor est Theopompus, morem hunc à Deucalionis usq; diluuio per manus tradi-

Chytrorum festus dies

Deucalion

tum

tũm diutius perſeueraſſe, illum enim & qui cum illo a/quarum euaſerant illuuiem: conuenientes ſementis uni uerſæ permixtam congeriem in ollam coniectam eli/xaſſe fama eſt, à qua denominatam eam fuiſſe celebri/tatem apparet, in qua, ut dictum eſt, Dionyſo & Mer/curio terreſtribus rem diuinam facientes, ex decoctis il lis ſeminibus nihil penitus deguſtabant, id ſe pro mor tuis facere arbitrantes, quemadmodum ij qui à diluuij ſuperfuerant clade ollam primitus illam à qua is ema/nauit mos, Mercurio inferno pro ijs qui in aquis perie/rant integram obtuliſſe perhibentur.

Dionyſus Mercurius

Oblatio pro mortuis Mer/curio inferno

De Nauplij ultione ob Palamedis necem contra Græco/rum proceres recondita hiſtoria. Cap. LXVI

POſt Palamedis iniuſtam necem, qui ob concinna/tas in illum Agamẽnonis & Vlyſſis fraudes & in/ſidias, à Græcorũ exercitu lapidibus obrutus eſt, Nau/plium ferunt illius patrem ad Græcorum caſtra Ilium nauigaſſe, ut extincti iniuria filij ſi quo poſſet modo à necis machinatoribus meritas expoſceret pœnas, cum autem illuc accedens nihil penitus effeciſſet, & contem ptui inſuper habitus eſſet, illis mala multa imprecatus, inde diſceſſit, & ſingulas Græciæ peragrans urbes, du/cum ad Troiam degentium uxores uarijs fallens com/mentis, pleraſq; earũ ad coniugij ſoluenda pellexit fœ/dera. Vnde Clytẽneſtræ & Ægiſti patrata ſunt adulte ria, Diomedis quoq; uxorẽ Ægialeam eam ob cauſam

Nauplius ad Ilium nauigauit

Clytemneſtra Agamẽnonis

Aegialea Diomedis

Meda Idomenæi. Aegistus Cometes Leucus adulteri

Stheneli filio Cometæ adhæsisse ferunt. Meda quinetiam Idomenæi uxor maritalem contemnens thorum, absentisq́ immemor uiri, Leuci cuiusdã turpes sequuta complexus perhibetur, à quo postea sibi imperij iura uendicare moliente/cum Clesydira etiam filia interfecta fuisse dicitur. Qui Leucus Idomenæum à Troia postmodum redeuntem, armata occurrens manu insulæ applicare prohibuit, eoq́ modo patrio illum regno nefarie spoliauit. Neq́ ijs etiã contẽtus Nauplius, post euersam Troiam domum redeuntibus Græcis, tempestosa & illuni nocte/in confragosis & concauis Euboiæ insulæ locis/multis prætentis luminibus uniuersam eorum classem crudeliter afflixit, plenis enim uelis securos se portus, & tuta intrare loca arbitrati/in Capharei Opheltisq́ impacti scopulos/ omnes ferè naufragio crudeliter interiere.

Caphareus Opheltes

De Dardani ad Ilium aduentu, item de illius posteris non uulgaris historia. Cap. LXVII

FAma est Dardanũ Iouis & Electræ filium ex Samothracia maris inundatione discedere coactũ ad uicinum Troiæ litus è regione positum consuta è corijs scapha transmisisse, quo in loco cum urbem in editiore quodam tumulo ædificare uellet, oraculo hac super re consulto prohibitus fuisse dicitur, quod eius loci accolis ingentem aliquando imminere ruinam prædixerat. Quamobrem Dardaniam à se appellatam ciuitatem,

alio

alio ſtatuit in colle qui Caſſandri mons appellabatur à Caſſandro Teucri patre, qui tunc eam regionem auito obtinebat imperio, cuius amitam Vapam nomine, ſiue, ut nonnulli uoluerunt, Arisbam in uxorem Dardanus ſibi ſumens, Ilum & Erichthonium liberos habuit, quorum maior Ilus ſine liberis diem clauſit extremum. Erichthonius autem ex Aſtiocha Simoentis filia Troum ſuſcepit filium, qui ex Callirrhoa Scamandri cum alios pleroſque, tum Ilum procreauit natum, quem ferunt adultum iam in Phrygiam ad certamen quoddam, quod regum gratia fiebat fuiſſe profectum, ubi cum uiriliter & ſtrenue ſe geſſiſſet, & certamen illud ſuperaſſe, & prę̃mium illius inde quinq; puellas, & totidem impubes pueros, ſecũ adduxiſſe perhibetur. Oraculoq; poſtmodum accepto bouem ex Myſia errãtem ſequutus, eo loci quo defeſſa illa humi procubuerat oppidũ ſtatuit, quod de ſuo nomine Iliũ appellauit, quod poſtea regionis illius uniuerſæ caput fuiſſe perhibetur.

Dardania ciuitas
Vapa
Ariſba
Ilus
Erichthonius
Trous
Ilus
Ilij ædificatio

De idearum muſicarũ ſpeciebus, Ityphallo, Phallophoro, Autocabalo, & de eorum habitu. Cap. LXVIII

SEnum Elienſem grammaticum in primis nobilem, de Pæanibus præclara reliquiſſe commentaria memoriæ proditur, in quibus cum alia pleraq; memoratu digna, tum de muſicis quibuſdam Ideis eleganter ſcripſiſſe fertur, quas nominibus huiuſmodi ab artis illius peritis appellari, Athenæus refert, Autocabalos, Ityphallos

Senus Elienſis
Idearum muſicarum ſpecies

phallos & Phallophoros. Additq; insuper habitus & gestamina quibus ijs musicæ partibus dediti, uti insignirí ue cõsueuere. Autocabalos enim qui postea Iamborum poetæ sunt appellati, hederacea corona uti soli tos scribit, Ithyphallos uero talari tunica manicatos fuisse dicit, & ebriosorum personas ridiculum in morem gestasse, Phallophori autem (ut ait) Serpillo faciem, & herba illa quæ pæderos appellatur occultasse, sertisq; ex uiola & hedera compactis usi fuisse perhibentur.

Autocabali

Ithyphalli

Phallophori

De Aorno lacu & Aorno petra, ubi nam terrarum fuerint, item de aquarum uarijs & mirabilibus naturis ex Rufo Ephesio. Caput LXIX

LAcum quendam iuxta Eridanum Italiæ amnem fuisse ueteres Græciæ historici prodidere, cuius aqua ob graueolentiam à nullo penitus animalium temere degustaretur, in hunc fulmine quondam ictum decidisse Phaëtontem credula fabulata est antiquitas, quamobrem & dirum illum tetrumq; odorem contraxisse lacum, & mortiferam insuper uim habuisse, qua ex illo bibentes citissimam consequi mortem constanter est creditum. In illius autem margine excelsas stetisse populos fama est, unde turgentibus ramis nitida sudabant electra. Ex quo locũ etiam fabulæ datũ ferunt, Phaëtontis sorores in arbores conuersas illius desiderio pro lachrymis molle succinũ iugiter distillare, quem lacum

lacum nonnulli Aornum appellauere. Sunt qui Aornum lacum iuxta Cumas in Italia fuisse commemorant, sic appellatum quia nulla illum superuolaret auis, figura rotundum aqua in cœruleo colore subnigricante. Cæterum qui Alexandri res gestas scripsere, altissimam apud Indos petram Aornũ appellari dixerunt. quoniam cum frigore maximo, tum altitudine sua nulla illam superuolaret auis, siquidem quindecim in subrectum stadia erigi & excrescere illam perhibent. Coccianus uero Dion, & Agathosthenes: necnon alij plerique historiarum cõditores, Aornum neq; petram esse neq; lacum autumant, sed terræ quoddam barathrum in Syria Adiabene super quod ob pestilentem morti ferum q̃ inde emanãtem halitum nulla euolare potest uolucris, sed eo perueniens loci, ut ad perpendiculũ superstet, illico exanimis concidere dicitur. Cæterũ quoniam de pestiferis Aorni lacus aquis pauloante uerba fecimus, haudquaq̃ ab re esse cẽsemus, si quæ de aquarum uarijs naturis Rufus Ephesius medicus celeberrimus, memoriæ prodidit, in medium afferamus. Mira enim sunt, & apud nullum usquã autorẽ, quod sciam, unum legũtur omnia. Scribit enim is uir in ijs quos de aquarũ miraculis inscripsit cõmentarijs, Plurimas præter cõmunẽ naturã, & admirandas aquarũ esse potestates. Siquidẽ in Leontinorũ agro aquas reperiri, quę uel unico hausta mortẽ statim repręsentẽt: quẽadmodũ in Phœneo

Aornus lacus

Aornus petra

Dion
Coccianus
Agatosthenes
Aornum in Syria
barathrum

Phœneo Arcadiæ latices sunt, ij quos Stygis aqũas ac colæ uocant. Quibus alias in Thracia, haudquaquam absimiles esse autumãt. Palus quinetiam apud Sauromatas huiusmodi esse perhibetur, quam neq; aues illæsas superuolare posse dicunt. De alia etiã apud Medos referunt palude cuius supernatare dicunt aquis nigricans quiddam uirus, quo siquis delibutus ad ignem accesserit, inflammari illico & exuri illũ affirmant. Quali aiunt medicamine Creontis filiam Creusam delibuta chlamyde Medeam olim confeciſſe. Alia quinetiam aquarum est uis, iuxta Susas Persidis, quæ se bibentes edẽtulos statim efficiat. Sybaridis autem fluuij latices conspersi, & fotu etiam suo continentes reddant & castos. Aquas præterea quasdam in Æthiopia esse commemorant quas rubras uocant, quæ bibẽtibus illico furorem incutiant, alias in Ægypto, quæ caluos efficiant, referuntq; etiam apud Ligures Alpinam gentem, fontem reperiri quẽdam, qui ex se bibentes, ebrios statim reddat, quod secus de Cletorio Arcadiæ constanter affirmant. Siquis enim in illo se lauerit, non solum abstemium fieri illum, sed neq; postmodum uini odorem sustinere posse commemorant. In Chalcide autem Arethusæ fontis aquæ mulieribus quidem proficuæ sunt & salubres, cæteris uero animãtibus podagræ morbos adducere perhibentur. Nam de Cydno Ciliciæ amne in confessis est, articulorum dolores illum sedare licet

fluuiorum

fluuiorum omnium sine controuersia frigidissimus exi stat. Hæc Rufus.

De Thebiorum fascinatrice natione. Cap. LXX

THebiorum nationem quandam in secundo Sym posiorum suorum commentario Didymus fuisse refert pestiferam adeo & fascinatricem, ut uel solus eo rum exceptus oris halitus illico interimendi uim habu isse dicatur, noxiaq; satis & animalibus omnibus illo rum existeret præsentia: horum corpora in aquis pro iecta non mergi & ima petere, ut aliorum uulgo mor talium, sed sursum expelli, & fluitasse dicuntur. Cæterũ quam nam incoluerint ij regionem, aut ubi locorũ hu iusmodi fuerit natio, neq; scribit Didymus, neq; me us piam scriptum comperisse memini, nisi quod Stepha nus in Ethnicis suis, Thebium quendam in Ponto lo cum uocitatum fuisse scribit à Theba Amazone ibi ab Hercule interempta. Fuisse autẽ hanc inter celebres ab Hercule superatas dicit, quarum etiã huiusmodi refert nomina, Trallam, Isocrateam, Pallam, Coëam, Cœni am, & hanc de qua diximus Thebam.

Didymus

Tralla
Isocratea
Palla
Coëa
Cœnia
Theba

De Iulide Co insulæ urbe, & de claris inde uiris. Cap. LXXI

IVlidem Co insulæ urbem cum alias ob res, tum ob egregios studiorum gloria ciues ex se editos, cele brem quondam fuisse perhibent. Siquidem Simoni dem Melicum poetam, & illius nepotẽ Bacchilidem,

Simonides
Bacchilides

T præ/

Erasistratus Aristo

præterea Erasistratum medicum, & Aristonem peripateticũ, omnes Iulienses fuisse ferunt. In hac urbe legem fuisse latam Stephano referente, autor est Menander,

Iniqua Iuliensium lex

ut senes quicunq; sexagesimum ætatis excessissent annum, mortis certamen inirent, ut inutilis scilicet faceret ætas, & iuuenibus adultisq; uiris, uictus necessaria abunde suppeterent.

De Eucarpiæ minoris Phrygiæ urbis mira soli fertilitate, item de eiusdem nominis urbe in Sicilia Laidis meretricis patria. Cap. LXXII

Eucarpiæ mira fertilitas

EVcarpiam minoris Phrygiæ urbẽ adeo feracis & fertilis fuisse soli autumant, ut uuarum eo in tractu enati racemi currus singuli facile pondus explere possent, quinetiam currum ab unico racemo aliquãdo medium diffractũ fuisse, autor est Metrophanes. Ex quo & nomen oppido, & fabulæ locum fuisse datũ contenderim, siquidem Barbari eius loci accolæ regionẽ illam Baccho & Cereri à Ioue fuisse concessam passim fabulati sunt. Fuit & altera item Eucarpia Siciliæ oppidum,

Eucarpia oppidum

ex qua Laidem famosissimum Græciæ scortum oriundam fuisse autumant, licet nonnulli Corinthiam illam malint. Cæterũ non Lais Corinthia hæc, sed Nais no-

Lais Nais

mine alia fuisse perhibet, serua ex Caria, & infans Corinthum aduecta, ut autor est Synesius in epistolis.

Ephesus prius Smyrna appellata, eius urbis labes à diluuio quam Lysimachus reparasse dicitur. Cap. LXXIII.

Ephesum

EPhesum Ioniæ celeberrimam urbem Smyrnam prius fuisse appellatam ab Amazone Smyrna, autor est Stephanus, qui illius etiã plura refert nomina. Cæterum hanc Lysimachi temporibus repentina quadam & immẽsa calamitate desolatã fuisse ferunt. Cum enim in concauo palustriq; cõdita esset situ, quod ideo factum fuerat, ne celeberrimũ in illa tota Asia Dianæ templum terræmotibus: quibus alioquin illa obnoxia est regio, crebro concuteretur, cõtinuis deuolutis imbribus & restagnantibus aquis, tota ferè submersa & obruta est, ita ut decem amplius hominum millia eo diluuio sint absumpta. Quamobrem illam postea Lysimachus in editiorem locum restituisse dicitur, & ab uxoris suæ nomine Arsinoẽm appellasse, quãuis illo postmodum uita functo, priori rursũ assumpto nomine Ephesus uocari perseuerauit.

Smyrna Amazon

Ephesi labes

Lysimachus Ephesi reparator

De tribus Dorienſium tribubus & earum nominibus. Cap. LXXIIII

TRes Dorienſium fuiſſe tribus, Dymanenſium ſcilicet, Pamphylorum & Hyllenſium, autor eſt Phi loſtephanus, qui omnes originis ſuæ initium ad Herculem Alcmenæ referebãt, eorum uero nomina ex huiuſmodi cauſa deducta fuiſſe commemorat. Æginum inquit Dorienſium, iuxta Oetam tyrannum, duos habuiſſe filios, Dymanem uidelicet, & Pamphylum, tertiumq; inſuper Herculis Hyllã patre uita functo adoptione

Tres Dorienſium tribus

ptione suum effeciſſe,beneficij (ut aiunt) præteriti memorem, quoniam illum Hercules à regno quondã expulsum & profugum in patrias restituisset sedes,à quibus postea Dorienſium tribus cognominatas fuisse ferunt. Cęterum Ephorus in primo historiarum suarum libro, quartum etiam Hyrnithiẽsium commemorat illorum conuentum,quem postmodum tribus illis additum fuisse scribit.

Ephorus

De cicuro piſcium genere in Eloro Siciliæ fluuio. Cap. LXXV

Cicurum genus piſcium

IN Eloro Siciliæ fluuio, qui Eloram à se appellatam præterfluit urbem, cicurum genera piſcium reperiri dicuntur, qui Apollodoro teste & inclamati accedere, & è porrigentis manu placidiſſime cibum capere consueuerunt.

De Diomedis in Italiam nauigatione,rebusq; in ea gestis, eiusq; nece à Dauno patrata. Cap. LXXVI

DIomedem post euersam Troiam Argos redeuntem cum Ægialeæ uxoris insidias & uim,quę Cometæ Stheneli filio turpiter nupserat, etiã in templum Argiuæ Iunonis confugiens uix effugere potuisset,exornata naui,socijsq; sibi pleriſq; ascitis, patriã reliquisse,& in Italiam transmisisse ferunt. Cumq; forte fortuna ad Iapygiæ oram appulisset,quam Daunus nomine rex,à quo Daunij postea Iapyges sunt appellati,imperio regebat, qui ea tempestate à finitimis hostibus bello

Daunus

bello oppressus maximo uersabatur in discrimine, in belli illius societatē promissa sibi regni parte pellectus fuisse dicitur, qui hostibus acie superatis cum promissa Daunum postmodum exposceret, illeq; non regionis, ut receperat portionē, sed partam bello prædam Diomedi dare uellet, re ad controuersiā deuoluta, Daunus Alenum Diomedis fratrem spurium non refragante etiam Diomede, hac super re arbitrum esse uoluit: qui in illius gratiam (Dauni namq; sororē Euippam perdite amabat) sententiam secundum illum promulgasse dicitur. Quamobrem iratum ferunt Diomedem deos precasse, ut regionis illius tractus sementem in se non reciperet, aut captam non redderet, satacq; cultores fallerent suos, quod malum illius imprecatione continuo adueniens, multos postea perseueraſſe annos perhibetur. Consulētibus autem hac super re Daunijs, datum est oraculum, calamitatem illam tunc esse desiturā cum Diomedis cōterraneus quispiam uiuus sub terram defossus esset, quo postmodum effecto, oraculi insequuta esse dicitur fides. Cæterū Diomedes cum eo in tractu urbem condidisset Argyrippam, à Dauno insidijs interemptus, & in mare proiectus fuisse dicitur, qui Diomedis etiam statuas eo loci erectas in subiectum præcipitauit pelagus, sed eæ quidem ut Timæus & Lycus autores prodidere, in basibus rursum suis (mirum dictu) omnes sūt restitutæ, corpus uero illius ad uicinam

Alenus

Diomedis rata imprecatio

Argyrippa ciuitas

Diomedes à Dauno interemptus

Timæus

Lycus

Diomedis insulæ

delatum insulam, & ibi à socijs tumulatum, æternum illi Diomedis nomen, & circumuicinis etiam insulis dedisse perhibetur.

Quod gigantum in Libya gens fuit, qui ex floribus mel factitium conficiebant. Cap. LXXVII

Gigantes Libyæ populi

GIgantum esse Libyę gentem quandam Eudoxus refert Cnidius: qui ex floribus, quos plurimos & odoratissimos apud eos sponte sua producit tellus, ar-

Mel factitiũ

te quadam optimum adeo mel cõficere dicũtur, ut non multo ab apum melle distare uideatur. De ijs etiã Hecatæus Milesius Stephano referẽte, meminit in ijs quæ de Asiæ circuitu scripsit commentarijs.

Heracleotarum uafrum consilium in difficultate pecuniaria ex Aristotele philosopho. Cap. LXXVIII

VAfrum id profecto consilium fuit, quo Heracleotas in difficultate nummaria usos fuisse Aristoteles philosophus memoriæ prodidit. Cũ enim quadraginta naues longas cum mercenario milite contra Bos-

Heracleotarũ uafrũ consiliũ

phori tyrannos aliquãdo misissent Heracleotæ, & tantum non stipendij adesset tempus, pecunijsq; omnino belli diuturnitate exhausti essent, triticũ uniuersum & oleum, & uinum, aliaq; insuper quæ ad quotidianos uitæ requirũtur usus, à mercatoribus ad constitutã diem fide publica interposita coëmisse dicunt, cumq; ea omnia onerarijs imposita nauibus quibus quæstores præerant singuli, ad classem suam misissent, iussissentq; ut

illa

illa quanti plus possent ocyus distraherent, pecuniasq; ducibus suis numerarent, effectum est, ut & milites necessariis ad uictum rebus indigentes, cupidius cariusq; illa coëmerẽt, & exercitus duces à quæstoribus pecunias illas accipientes, militibus ad constitutã diem de illorum nummis stipendium largiter persoluere possent.

Timothei Athenienſium ducis, item in difficultate nummaria prudens consilium. Cap. LXXIX

Timothei prudens cõsilium

TImotheus Athenienſium dux, cum apud Olynthios diutius traheretur bellum, & in difficultate nummaria uersaretur, eumq; milites conuitijs etiam & minis stipendium efflagitarent, æreos cudisse nummos, militibusq; suis in capita distribuisse fertur, cumq; illi hanc ob rem excandescerent magis, & se discessuros illumq; deserturos palam minitarentur, quid irascimini ab re dixisse commilitones, quando ij uobis nummi ad necessarios uitæ usus cõmode suppeditare possint: mercatores enim omnes, & forenses, & qui caponiam exercent pro ijs ipsis uobis ea, quæ quotidiano sunt necessaria usui libẽter dabunt. Egerat autem cum illis prius, ut id facere uellent, ipsiq; inuicem à loci illius accolis ijsdem nummis res alias emerent & suas distraherent. Quod si qui ex ijs non expensi apud illos fortè restassent, ad se postea deferrent, nam totidem argenteos nummos se illis bona fide repræsentaturum, hoc ille consilio, orationisque dexteritate & industria,

sequuto

sequuto etiam rei(ut dixerat)euentu, militũ in se fidem & beniuolentiam in præsentia conseruauit, & misso postea Athenis argẽto cum in illos liberaliter usus est, tum etiam mercatoribus quod in se receperat integre repræsentasse perhibetur.

Tarsi urbis origo & nominis causa. Cap. LXXX

TArsum celebrem Ciliciæ urbem, nonnulli Argiuorum fuisse coloniam uoluerunt, alij uero illius extructionem primam ad Sardanapalum Syriæ regem referũt. Cæterum ijs omnibus antiquiorem fuisse eam uel nominis illius indicio uerisimiliter existimari potest. Siquidem Tersum prius uocitatam à Græco uerbo τέρσαίνω quod exsiccare significat, plerique ueterum uoluerunt. Huius enim regionis loca primum post diluuij uastitatem, in proximum pelagus defluxis aquis apparuisse & solibus desiccata constitisse pro constanti autumant. Eratosthenes autem ideo illam Tersum appellatam scribit: quoniam eo in tractu primi degentes homines, tritici & leguminum fruges ut reconditæ perdurarent exsiccasse perhibentur, cum antea eiusmodi non adhibita cura collectæ facile putrescerent & interirent. Sunt qui illam Tarsum à pedis parte sic uocitata/appellatam fuisse dicunt, quoniam eo loci Bellorophon de Pegaso cecidisse, pedemq; offendisse dicatur. Quibus Dionysius Thrax in ijs quæ de Rhodijs scripsit cõmentarijs nõ ab re assentire uidetur, cum etiam haud

Tarsi urbis origo

Eratosthenes

haud procul inde planicies sit illa, quæ à Bellorophontis errore campus Aleius est appellata, quãuis Alexander is qui Polyhistor est cognominatus, non Bellorophontem, sed Pegasum ipsum, eo in loco crus fregisse scribat, Tarsumq; ciuitatem postmodũ ibi cõditam in illius rei memoriã ab antiquis sic fuisse denominatam.

Aleius cãpus Alexander Polyhistor

Condali Mausoli Cariæ tyranni ducis pro comparandis pecuniis uafrum consilium. Cap. LXXXXI

COndalum Mausoli Cariæ tyranni ducem in difficultate nummaria cõstitutum, calidum hoc & uafrum ad conflandam pecuniam inisse consilium, Aristoteles scribit. Cum enim uideret, inquit, Lydorũ gentem quam imperio regebat corporis cultui mirifice deditam, & in primis maximam capillorum curam gerentem, aduocata illorum cõcione dixisse, se quidem haud libenti animo significare illis, quæ omnibus proculdubio fore ingrata sciret, uerum pro commisso sibi munere facere non posse, quin ea qualiacunq; essent proferret, à Mausolo enim se rege mãdata habere cogentia, ut Lydos statim tõderet omnes, & uniuersas omnium comas ad illum perferendas curaret, siquidẽ Persarum regi ad ornatus quosdam illis opus esse, à quo requisitus illi parere & statim obsequi omnino necesse haberet. Cæterum se uicem eorum misertum qui præcipuo corporis cultu tam subito & turpiter adeo priuarentur, reperisse consilium quiddam, cui si obtemperare & parere

Condali ad reperiendam pecuniam uafrum cõsilium

rere uoluissent/nullo negocio comas suas quisq; sibi re/tinere posset. Acclamantibus autem omnibus,& ut id proferret subterfugium rogantibus facturosq; se quic/quid iussisset firmiter pollicentibus, & maximam insu/per illi gratiam posthac semper se habituros profiten/tibus,conferte/inquit/tot nūmos in capita,taxationēq; addidit mediocrem satis. Hos enim ego in Græciam mittam ad emendas comas quæ Mausolo,& inde Per/sarum regi trāsmitti possint: cumq; illi alacriter dicto paruissent/ ingentes uiritim subministrantibus Lydis, Condalo pecuniæ sunt coactæ.

De Pataræ Lyciæ urbis ædificatione illiusq; nominis causa. Cap. LXXXII

Alexander Polyhistor

PAtaram Lyciæ urbē Alexander is qui *Polyhistor* est cognominatus nominis sui hanc habuisse ori/ginem refert. Ait enim Salaciam uirginem ex Ophio/nide aliquando donaria quædam in cistula Apollini Lycio ferentem,isthæc autem fuerant/ arcus & sagittæ cum fidiculis quibusdam & placentis/ itinere defatiga/tam/deposita humi cista in litore secūdum mare altius quieuisse,cumq; forte fortuna dum obdormisceret, ua/lidus insurgens uētus cistam in pelagus abstulisset,ex/perrectam quidem puellam mœstam & flentem infe/cta re domum redijsse,cistam uero illam ad Lyciorum Cheronesum fluctibus delatam fuisse,quam cum qui/dam postmodum reperisset: & ex ijs quæ in illa erant

Salacia uirgo

Apollini

Apollini dicatam recte cõiectasset: eamq; ut erat igni combussisset, euenit ut is loci tractus Apollini dedicaretur: & in eo postea ædificatum oppidum, ideo Patara nuncuparetur: quoniam Lycij patria denominatione pataram cistam appellent.

Vnde Pyramides fuerint cognominatæ, & unius illarum pro operarum uictu admirandus sumptus. Ca. LXXXIII

Vnde Pyramides denominatæ

PYramidum moles ἀπὸ τοῦ πυρῶν, id est, à tritico appellatas fuisse nonnulli uoluerunt autores, quoniam propter insanas huiusmodi Ægyptiorũ regum substructiones, operarumq; ad id coactarũ infinitam penè multitudinem, uniuersum Ægypti triticum eo loci deuehi solitum fuerit, unde ob id sæpius Ægyptum aliarum altricem prouinciarũ, fame laborasse commorant. Neq; hoc immerito, quandoquidem in unius ex illis, ut aiunt, fabricam, pro quotidiano solummodo operarum obsonio, in allijs scilicet & caseo & cæpibus, decem millia & quingenta talẽtorum, in regijs computationum rationibus expensa sint relata.

De oleo natiuo in Diarbis Scythica gente, & de Telephi fonte in Lycia, necnon de aquis quæ uino non miscebantur. Cap. LXXXIIII

Teos ciuitas

IN Diarbis Scytharum sic appellata gente Teos ciuitas fuerat, in cuius agro lacus erat piscium admirabili abũdans copia, uerum alia etiam re longe admirabilior: siquidem calidis & tranquillis diebus, maxima

Oleum natiuum

in illo olei ſupernatabat uis, quod ab accolis, id in naui gia ad eum fabricata uſum haurientibus, ad uaria uitæ commoda utillimum uulgo reponebatur. In Lycia ue-

Telephi fons

ro iuxta Pataras oppidum, Telephi uocitatũ fuiſſe fontem perhibẽt, cuius aqua ſemper turbida & ueluti cruore permixta uiſebatur: quoniam in illo Telephum uulnera ſua abluiſſe conſtans fama erat. Ex quo lymphis illis ſanguineum perduraſſe colorem pertinaciter creditum eſt. In Teno uero inſula ex Cycladibus una, fon-

Tenos inſula. Aquæ quæ uino non commiſcebantur

tem fuiſſe Athenæus Naucratites refert, cuius aquæ nullo poterant modo uino permiſceri.

Quod Chaldæi prius Cephenes ſint appellati, & eorum nominis cauſa. Cap. LXXXV

CHaldæorum gentem à Chaldæo quodam nomine uiro apud illos prudentia & dignatione præcipuo, denominatam fuiſſe, autor eſt Dicæarchus, cum prius à Cepheo Andromedæ patre Cephenes appel-

Chaldæi prius Cephenes appellati

larentur. Sunt qui dicant, Chaldæũ hunc, à primo Nino, qui ſibi cognominem ædificauit urbem, quartũdecimum, cum magna ſuorum manu è patrijs exeuntem finibus regionem ſibi eam ad habitandum delegiſſe, quæ poſtmodum ab illo Chaldaica eſt appellata. Qui

Babylon

Babylonem etiam celeberrimã urbem iuxta Euphratis fluenta cõſtruxiſſe perhibetur. Quo in loco magni inter Barbaros nominis oraculum fuiſſe dicunt, qualia apud Græcos Delphicũ & Dodonæum narrantur.

De

De Lampſaco urbe illiuſq; priſcis nominibus, & de generoſis eo in tractu uinis. Cap. LXXXVI

LAmpſacum Propontidis urbem Troianis temporibus Pityuſam nuncupatam fuiſſe, Homerus eſt autor, cuius nominis cauſam Epaphroditus Stephano referente, ad maximam Pinorum eo loci naſcentiũ copiam ſanè refert. Nam eandẽ prius etiam Laomedonteam fuiſſe appellatã ſcribit, Lampſacum autẽ à Lampſace indigete puella poſtmodũ denominatã ferunt. Vrbem hanc generoſa protuliſſe uina, & ideo Priapi ciuitatem appellatam, Demoſthenes memoriæ prodidit, ſiquidẽ eum ex Venere & libero fuiſſe progenitum credula fabulata eſt antiquitas. Ferunt quinetiam Themiſtocli à patria profugo & exuli urbem eam à Perſarum rege ob uini bonitatem & excellentiam fuiſſe traditam, quoniã is aliquando de illo benemeritus fuiſſet, & poſt naualem illius cladem eum ſaluũ eſſe uoluiſſet.

Lampſaci generoſa uina

Priapus

Themiſtocles

De uſu uini mulieribus interdicto apud Maſſilienſes & Romanos. Cap. LXXXVII

ZAleuci lex apud Locrenſes cognomento Epizephyrios antiquis extabat temporibus, qua ſi quis merum bibiſſet, niſi ualetudinis cauſa, medico id iubente feciſſet, morte planè mulctabatur. Apud Maſſilienſes uero uini uſus mulieribus item lege in perpetuum erat interdictus, quod etiam ætate ſua Theophraſtus Mileti obſeruatum fuiſſe memoriæ prodidit. Cęterum

Zaleuci lex

Apud Maſſilienſes uini uſus mulieribus erat interdictus

Quibus apud Romanos interdictũ erat uinum

apud Romanos hoc adeo fuisse usitatum sanè cõstat, ut nõ solum mulieres uini abstinerent usu, sed ingenui etiam pueri, & seruitia omnia, ipsi quinetiam iuuenes usq; ad trigesimum ætatis annum lõgo æuo abstemij perseuerasse feruntur.

Cur uini usus apud Italos mulieribus fuerit interdictus, & hac de re non uulgaris historia. Cap. LXXXVIII

MOris apud Italos ferè omnes antiquissimi fuisse perhibetur, fœminas à uini usu pertinaciter prohibere. Ex quo ad Romanos postmodum hanc peruenisse consuetudinem & constanter obseruatũ per multos fuisse annos uerisimile est. Huiusce autẽ rei causam Athenæo referẽte, Alcimus Siculus in Italica historia hanc fuisse memoriæ prodidit. Herculem enim inquit Italiam peragrantem aliquando ad Crotoniatarũ peruenisse regionẽ, cumq; æstu & labore aridus & sitiens heros ad hostium quoddã pulsasset, suppliciterq; domus illius dominũ, ut sibi ad bibendum quippiam exhiberet expostulasset, atq; is uxori iussisset: ut preciosissimi lagenam uini depromeret, hospitiq; illam sitibundo repræsentaret, morosa inquit mulier, & uiri haudquaquam dicto audiens, lagenam statim occuluit. Herculiq; si uellet, ut aquam è proximo fonte peteret mandauit. Quamobrem subexcãdescens Hercules illam ingressus domum, uirum quidẽ impensius laudasse, mulieri uero uini post hac usum interdixisse perhibetur.

Cur apud Italos uini usus fœminis erat interdictus

Quod

Quod ad omnes postea regionis illius perueniens fœminas uniuersam postmodum usu, ut solet, Italiam occupasse fertur.

Quod bibax admodum Alexander fuerit Macedo, & quod ex meri potatione morbum contraxerit à quo extinctus est. Cap. LXXXIX

Alexander Macedo bibax

BIbacem & ebriosum Alexādrum Macedonem fuisse memoriæ proditum est, quem ferunt aliquando apud Medeum Thessalum in uiginti conuiuarum symposio perpotantē singulis singulos uini calices propinasse, ab eisdemq; totidem accepisse & illico hausisse. De eodem etiam rege Athenæo teste refert Ephippus, quod plurimi erat uini, ita ut aliquando è symposio per manus ablatus duos postea integros dies & totidem noctes pertinacius sterteret, & quod in symposio quodam cum paulo liberius hausto mero comiter incaluisset, scypho bicongio accepto, uinoq; repleto illum Proteæ Macedoni, qui bibacissimus esse fereba-

Proteas Macedo bibacissimus

tur, propinauerit, qui scyphum hilare accipiens, multa prius in regis laudem clara effatus uoce illum omnium conuiuarū profusissimo cum applausu impigre totum hausit, paulóq; post eundem spumanti plenum mero idem Proteas expostulauit & primoribus degustatum labijs Alexandro propinauit. Quem accipiens rex, generose quidem illum ebibisse, uerum deficientibus statim uiribus, depositó scypho in puluillo procubuisse

cubuisse fertur, indeq; in morbum incidisse quo paulo post extinctus est. Quamobrem nonnullis inde datam fuisse loquendi ansam contenderim, qui Alexandrum Dionysi indignatione immatura ætate fuisse extinctū prodiderūt, quoniam is patrias illius sedes, Thebarum scilicet urbem funditus euertisset, & ob illius æmulationem gloriæ Indis bellum intulisset.

De Milonis Crotoniatæ & Astydamantis Milesij mira uoracitate. Cap. xc

VOraces homines, & super omnē etiam fidem helluones multos antiquis fuisse temporibus, memoriæ proditum est, & ut de Athletarum taceam genere, qui huic rei impensam dabāt operam, quorum de grege Milo Crotoniates quadrimā bouem humeris extulisse, & circum Olympiæ stadium deportasse, postmodumq; totam solus deuorasse perhibetur, ut præclaro Doriei epigrammate testatū est: Astydamas uero Milesius ab Ariobarzane Persarum Satrape inuitatus, nouem conuiuis paratas epulas, solus absumpsisse dicitur: ut de ijs inquam in præsentia sileatur, Herodorum Megarensem corpore breui sed ualido & uegeto homuncionem (siquidem tres cum dimidio cubitos illum non excessisse traditum est) arte tibicinem, tantæ fuisse uoracitatis ferunt, ut siliginei quidē panis canistros sex, carnium uero xx. lib. pondo solus facile deuoraret, & uini congios duos ebiberet. Cæterū tubis simul duabus

Milo Crotoniates

Astydamas

Herodorus

bus adeo ualenter uti solitum tradunt, ut quàm latissime illarũ integer exaudiretur sonus. Feruntq; aliquando cum Demetrij milites eius, qui urbium expugnator est cognominatus, maximã illius machinã quam Helopolim uocabant, in Argiuæ urbis oppugnatione ob immensam ponderis grauitatem, muris applicare non possent, uiolento terribilique huius duarum tubarum sono excitos, & ueluti adiutos, præter omnem spem machinam illam, quam prius dimouere nõ poterant, urbi haud magna cũ re admouisse, illamq; ui expugnasse. *Demetrius urbium expugnator*

De profusissima Antiochi cognomento Epiphanis prodigalitate. Cap. XCI

PRofusissimum regum omnium, & genio uoluptatibusq; incontinenter, & immodice deditum fuisse Antiochum cognomento Epiphanem, Polybius in historijs suis refert, quem cognomine paululum immutato aliquãdo Epimanem pro Epiphane, id est, furibundum & mẽtecaptum appellat. Hunc namq; scribit immẽsos pecuniarum thesauros in commessationibus & symposijs prodegisse & breui profudisse, solitumq; esse ludibundũ interdum, & ebrium grandiusculos nummorum sacculos in uijs publicis abijcere & subinde dictitare, Isthæc accipiãt ij quos sors fortunáue huic commodo iam pridem destinauit. Nonnũquam etiam rosis coronatum, aureaq; indutum chlamyde uagare solitum dicit, lapides sinu gestãtem quibus obuios quosq; *Antiochus Epiphanes*

impeteret. Publicis quinetiam (ut ait) balneis iſte cũ populo promiſcue lauari conſueuerat, precioſiſſimiſq; unguentis inungi, unde cum quidam aliquando illi è populo dixiſſet, Beatus es ô rex, qui adeo bene oles. Aſt ego, inquit, hac tibi in re continuo ſatisfaciam, & per quàm ſaturum reddam: quo dicto bicongium uas precioſiſſimi plenum unguenti ſuper illius effundi caput iuſſit, ex quo uehemens adeo odoris fragrantia eſt exorta, ut pleroſq; à foro ipſo, & longinquis etiam urbis partibus excitos ad eum ſtatim locum contraxerit, ut impellentium ſeſe ſtudio hinc inde, & craſſi lubricitate unguenti, & plurimi balneatorum humi caderent, & rex ipſe profuſiſſimo penè enectus cachinno pronus corruerit, & ut in turba ſolet, non belle etiam acceptus & conflictatus fuerit. Hunc aliquãdo ferunt in certaminibus quæ Antiochiæ celebrauit, omnes qui aderant Græcos inuitaſſe, precioſiſſimiſq; unguentis ex aureis guttis perunctos omnes, amaracino uidelicet, & telino, & cinamomino, crocinoq; inſuper & nardino, celeberrimo mille & quingentorum triclinioru conuiuio ſuſcepiſſe, in quo ipſe inuicem diſcubuiſſe & diſcumbentibus miniſtraſſe dicitur: cum mimis quinetiam & hiſtrionibus licenter adeo & impudenter ſaltaſſe, ut omnes conuiuas, præ pudore oculos à ſe auertere cogeret. Is eſt Antiochus qui Romæ aliquando pro obſide fuerat, & inde ad regni euectus apicem ad has

inſaniæ

insaniæ notas regali licentia sine respectu turpiter declinauit.

De Illyriorum & Ariæorum ualidissimis gentibus, temulentia & bibacitate. Cap. XCII

BIbaces & ebriosos fuisse Illyriorum populos Athenæo referente, autor est Hermippus, quos in symposijs suis & epulis uxores etiam secum adducere solitos scribit, quibus pulchrum, ut inquit, erat nullo respectu quibuscũq; uoluissent conuiuis plenos licenter calices propinare, uiroscq; proprios uino madentes & obrutos de multa nocte ab epulis domũ deducere, quos etiam ait potaturos latis circa uentrẽ zonis incingi solitos, quas inter potandũ postea sensim relaxarent. Minutis enim incipere poculis mediocriterq; id in principio agere solitos scribit, postmodum uero effusius ferri, & largiter perpotare. Ariæos quinetiam idem refert autor, ualidissimã alioquin gentem, qui trecenta quandoq; seruorum millia possedisse dicuntur, luxui adeo & ebrietatibus fuisse obnoxios, ut in commessationibus assidue & epulis indulgẽtissime degerent, totúmque uitæ cursum hoc traducerent modo. Quamobrem occasione hinc sumpta, Gallos, inquit, illorum semper æmulos & hostes, hoc illos dolo funditus euertisse. Cũ enim maximis suorum copijs ad regionis illorum terminos peruenissent, militibus illos prædixisse scribit suis, ut postridie simulata de repente fuga, stationes tentoriaq;

Illyrij bibaces

Ariæi gens ualidißima

toriaq; sua uario esculentorum poculentorumq; gene/re affatim referta relinquerent/tradito prius illis medi/cato quodã gramine/quibus ea concinnarent obsonia, id autem ad creberrimos continẽter secessus edentium uentres mollire & educere potenter ualebat. Qua com posita fraude cum abscessissent Galli, illosq; è uestigio consequuti Ariæi hostilia diripuissent castra/oblatisq; se epulis largiter subfarcinassent/tantum repentino al/uorum fluorẽ illos cepisse scribit, ut continuis deiectio/nibus exinaniti & debiles/facilem de se uictoriam rede untibus postmodum Gallis tribuerint.

De uarijs bibendi cõsuetudinibus apud Græcos, unde & de diuersorum generum calicibus agitur. Cap. XCIII

VArias fuisse bibẽdi cõsuetudines & modos apud antiquos/autor est Critias in ijs quæ de Lacedæ/moniorum re publica scripsit commẽtarijs, Siquidem Chios & Thasios in symposijs suis & epulis/magnis calicibus ad dextram bibere solitos fuisse scribit. Athe/nienses uero ad dexterã identidem/uerum minutis po cillis potare cõsueuisse. Thessalos autem dicit nullo pe/nitus ordine cuicunq; cõuiuarum libuisset grandes ap/positos calices propinasse. Apud Lacedæmonios uero singulis conuiuis singulos apponi solitos calices scribit/quibus astantes pueri quantum fuerat meri ebibitum/tantũdem illico refundebant. Fictilibus quinetiam uti solitos in symposijs Græcos Athenæus commemorat, scri/

Chij Thasij

Athenienses Thessali

Lacedæmonij

Fictilia ab Aegyptia Co pto laudata

scribitq; ab Ægyptia Copto fictiles aduectos calices, gratissimi fuisse usus, quos illi ex subacta prius cũ aromatibus quibusdã argilla factitasse ferebãtur. Idemq; refert autor, Aristotelem philosophũ in illo quem de ebrietate inscripsit commẽtario Rhodiarũ cognomento ollarum peculiariter meminisse, quas cum uoluptatis, tum etiã ebrietatis uitandæ gratia sympotis inferri solitas commemorat. Factitatas autem fuisse illas ex myrrha, schenantho, croco, balsamo, amomo, cinamomo mixtis, & cum illarum materia subactis. Quorum caliditate innata, & ebrietates arceri facile, & Veneris tentamenta à crassis excita flatibus salubriter inhiberi poterant.

Rhodiæ ollæ percelebres

De Persarum regum mollitudine & luxuria & affluentibus diuitijs. Cap. XCIIII

MOllissimos supra quàm dici potest, & extrema infames luxuria Persarũ fuisse reges accepimus, siquidem quo annua tempestatum deuitarent incommoda, uarios regionum situs, terrarumq; tractus mutare sunt soliti. Hyeme namq; ob mitiorem cœli plagam Susis degebant, est enim is regionis tractus cum salubris & temperatus, tum etiam inter paucos amœnissimus, Susamq; Persarũ lingua ob pulchritudinem lilium signare ferunt. In æstatis autem caloribus maximis Ecbatana petebant montosis sita locis & algidis, perflatibusq; exposita frigidis. Autumnum uero om-

Susa lilium apud Persas significat

Ecbatana

nem in Perſepoli tranſmittebant, reliquumq; poſtmodum anni ſpatium Babylone morabantur. Feruntq; illos regium capitis inſigne (ut hac etiam parte delicatiores molliores q; eſſent) ex myrrha & labizo cõpoſitum geſtauiſſe. Eſt autem labizus odoratiſſimum gummi, myrrha q; ipſa haud modico ſumptuoſius. Adduntq; etiam præter mille ſelectos illos quos melophoros, à malorũ in thoracibus expreſſa effigie, denominabant, à tercẽtis etiam mulieribus aſſiduo cuſtodiæ obſequio obſeruatos fuiſſe: quæ interdiu quidẽ dormiebant. Noctes uero inſomnes ad lucernarum accenſa lumina cantibus uariſq; ſaltationibus tranſmittebant. Ad quas rex ſi quando libuiſſet, per illorum aulas & diuerſoria, quos melophoros appellari diximus, pedibus ire ſolebat, Sardianis (ut aiunt) tapetibus uniuerſo ſubſtrato ſolo, quos præter regẽ calcare audebat nemo, ſicq; per omnia aularũ tranſcurrens ſpatia, ſi quando exire quopiam concupiſſet, raro equum, currum ſæpius conſcendere ſolebat, nõ de per ſe, ut aiunt, quamuis altus non eſſet, neq; ſatellitum ſublatus manu, ſed aurea innixus ſella, quam huic deſtinatus muneri quidam, ſelliferq; inde cognominatus, ſemper poſt illũ deportabat. Domi autem ſi quando admittere ad ſe quoſpiam uoluiſſet, in aureo ſedebat ſolio, quod quatuor hinc inde columnulæ precioſiſſimis undequaque diſtinctæ lapillis cingebant. Chares autẽ Mitylenæus in iſs quæ de Alexandri

Labizus odoratiſſimum gummi.

Melophori

Sardiani tapetes

Chares

xandri rebus gestis scripsit commentarijs/habuisse inquit Persarum reges ad caput quidem eius in quo cubabāt lectuli, quinqueclinium cubiculū in quo quinq; millia auri talenta semper sepositа iacebant. Hocq; regis inquit ceruical appellabatur. Ad pedes autem idem triclinium erat cubiculum, quod subpodium regium uocabatur/tria argenti millia in se cōtinens talenta. eodem etiam in loco supra regis lectulum auream fuisse scribit uitem/aureis palmitū brachijs/racemorum simulachra ex pretiosissimis magnæq; indicaturę lapillis conformata gestantē, tantaq; demum illos licentiæ insania superbiaq; inquit inuaserat, ut obliti se esse homines, honores sibi etiam diuinos adhiberi iuberent.

Ceruical regium

Subpodium regium

Apud Lydos fœminas etiam castrari solitas fuisse, & quomodo Omphale Lydorum tyrannidem inuaserit. Cap. XCV

LYdos mortalium omnium mollissimos & effœminatissimos fuisse Clearchus cōmemorat in ijs quæ de uitis scripsit commētarijs, quos ait primos fœminas castrare instituisse & eis spadonū loco uti solitos. Addit; insuper illos in paradisorum ortorumq; amœnitatibus/umbraculis undequaq; dispositis, ne solis urerentur radijs, quo mollius degerēt/habitare consueuisse, in tantamq; demum luxus & contumeliæ licentiam deuenisse eos qui potentiores haberentur, inquit, ut populariū suorū uxores & adultas filias ad se aliquando

Lydorū gens mollißima

Fœminarum castratio

Dulcis apud Lydos appellatus angulus

do conuocatas, & in locum quendam, quem ob id dulcem uocabant angulum, deductas, omnes per uim & contumeliam turpiter constuprarent. Quos etiam postremo ad id luxuriæ deuolutos fuisse dicit, ut corruptis non solum corporibus, sed ad omnem etiam uitæ labem delapsis animis, fœminarum haberentur loco.

Omphale Lydorum inuasit tyrannidem

Quamobrem Omphalem quandam ex ijs quas prius contumelia affecerant unam, præsentis animi, nec oscitantis consilij mulierem, illorum despecta uita, imperium inuasisse, tyrannidemq; non immerito grauem inter illos exercuisse scribit. Petulans namq; natura fœmina, necnõ ob priores contumelias illis non mediocriter infensa, præteritasq; ulcisci percupiens iniurias, matronas & uirgines illorum in dulcem illum uocitatum angulum coniectas & cõclusas omnium sanè libidini exposuit, & ab eorundem etiam seruis illudi constuprarique coegit, eoq; ultionis inquit modo ab illis præteritarum contumeliarum meritas sumpsit pœnas.

De Tyrrenorum incredibili lasciuia qua in symposijs utebantur suis. Cap. XCVI

Tyrrheni lasciuia infames

DE Tyrrenorum incredibili monstrosaq; uiuendi lasciuia, Theopompus & Timæus Athenæo referente in historijs suis memoriæ prodidere. Scribunt enim in illorum cõuiuijs & epularum apparatibus nudatis corporibus uirgines discumbentibus ministrasse conuiuis, mulieresq; apud eosdem fuisse communes:

quæ

quæ etiã pudore deposito in gymnasijs publicis & palæstris nudæ cum uiris luctari & sese exercere cõsueuerant, minime enim apud eosdem turpe ducebatur nudatas fœminas uulgo cõspici. Fuisse autem illas dicunt forma ut plurimum eleganti, uiniq́ꝫ in primis cupidas & potenter bibaces, ex ijs susceptos liberos communi omnes studio (utpote communibus ortos fœminis) patrio educabant ritu. Adduntq́ꝫ insuper nihil turpe fuisse Tyrrhenis in omnium oculis nequiter agere, aut etiam turpissime pati, siquidem in epulis compotationibusq́ꝫ suis palam huic rei operã dedisse dicuntur. Cum enim inquiũt in symposijs suis profunda iam nocte bibendi statuere modum, finemq́ꝫ epulis imponere collibuisset, plurimis accẽsis facibus de composito ministri aderãt pulcherrimas secum mulieres, formosissimosq́ꝫ pueros introducentes, quibus ut sors quẽq́ꝫ uoluntasq́ꝫ tulerat, turpiter cum essent abusi, sub omniũ interdum oculis patrantes, aliàs aulæis quibusdam uelisq́ꝫ superintecti, rursus ceu commutata lasciuiæ scena, ab ijsdem ministris exoleti ualidiq́ꝫ introducebãtur iuuenes, qui illos inuicem spurcissime subagitabant, eoq́ꝫ degentes modo suauiter beateq́ꝫ se uiuere existimabant. Cæterũ cum ad omne libidinis genus, tum præcipue ad masculos proniores fuisse Tyrrhenos ferunt, qui & formosi alioquin apud illos erant, & corpora etiam sua omni lenocinij genere assidue curabant. Siquidem apud illos

hæc Gallica sunt et Cimbrica ex Diodoro, et post confusionem harum gentium erant Tyrrhenæ non Tyrrhenis qui jam montibus inhærebant sub nomine Rhæti Tusci

tabernæ uiſebantur publicæ/& huiuſce rei artifices pe/riti uulgo erant,ut penes alias gentes ſunt tonſores,qui bus illi omnes corporis partes nullo pudore nudantes/ uellendos ſe & ornandos palam præbuiſſe dicuntur.

De Sybaritarum luxuria, & quomodo à Crotoniatis fuerint deleti, quod etiam Cardianis à Biſaltis contigiſſe dicitur. Cap. XCVII

Sybaritarum laſciuia

MOlles fuiſſe Sybaritas & uoluptarios/ genioq; & delicijs ſemper indulgentes/ omnis ferè com/memorat hiſtoria,apud quos etiam in publicis balne/is lauatores & miniſtri/ne celerius uidelicet diſcurrerẽt, feſtinantiusq; balneatorũ corpora curarent & diſtrin/gerent/ compedibus (ut aiunt) quibuſdam præpediti/rem illam accurate ſeduloq; agebant. Primi præterea feruntur Sybaritæ,quo mollius cubarent,nulloq; ſtre/pitu illorum interpellarentur ſomni, artes illas omnes quæ obſtrepũt, quales æratiorum lignariorumq; ſunt fabrorũ ſimiliumq; omnium/ extra urbis pomeria ex/erceri iuſſiſſe,qui gallos etiam gallinaceos eam ob cau/ſam in urbe educari edicto prohibuiſſe dicuntur. Quo rum taxans molliciem Timæus,hæc de illis non minus eleganter quàm urbane in ſua commemorat hiſtoria. Vir, inquit, Sybarites cum ad uillã ſuam aliquando fe riatus acceſſiſſet, uidiſſetq; ibi raſtris & ligonibus ruſti cos quoſdã ſcrobes fodientes, Hui ruſtici dixiſſe fertur/ ueſtrum iſte cõſpectus/ brachia me hercle mihi ambo luxa/

luxauit, cui ex illis unum non infacete statim subdidis-
se, at nos here commodū te audiuimus mire defessi &
languidi facti sumus. Alterius etiam Sybaritæ non in-
concinne idem meminit autor, qui cum aliquādo uisen
di causa Lacedæmonē se contulisset, & ab hospite quo-
dam inuitatus, publicis illorū epulis, quas Phiditia ap- *Phiditia*
pellabant, interfuisset, cum in ijs parce admodū & du-
riter fuisset acceptus, & in ligneo ut mos illis erat, discu
buisset subsellio, dixit se quidem prius Lacedæmonio- *Commodum*
rum constātiam fortitudinemq; fuisse admiratum, cæ- *Sybaritæ*
terum tunc amplius mirari destitisse, quandoquidē uel *dictum*
timidissimus quisq; mortaliū merito mori eligeret po-
tius q; duriter adeo & ferine uiuere. Eosdem etiā ferunt
Sybaritas, pomiliones homūculos & melitęos catellos
in delicijs habere cōsueuisse, luxuq; immodico mōstro
sa quæq; permagni semp existimasse. Sumptuosi quin
etiā & profluentes in corporis cultu cæterisq; huiusmo
di ijdē fuisse perhibentur, chlamydesq; ex Milesio con
fectas uellere, preciosissimisq; saturatas coloribus assi-
due gestauisse. Ex quo Milesijs & Sybaritis amoris be- *Milesij & Sy-*
niuolentiæq; non mediocrē intercessisse usum Timæus *baritæ inter*
est autor, qui eos etiam ob morū uitæq; similitudinem, *se amantes*
ex Italis quidem Tyrrhenos maxime, externorū uero
Ionas, charos habuisse commemorat. illorū uero equi-
tes ad quinque millia numero, tot enim feruntur, adeo
molles delicijsq; fluentes fuisse perhibentur, ut æstatis

tempore ſecedentes in nympharum ſpeluncis & antris degerent, eoſq; menſes omnibus uoluptatum uacãtes modis molliſſime tranſmitterent. Demũq; ad tantam luxus inſaniam, ut aiũt, peruenere, ut equos etiam ſuos ad tibiam ſaltare condocefacerent, quæ res illos fundi/tus poſtremo euertiſſe perhibetur. Siquidẽ Crotonia/tæ illis finitimi & ſemper infenſi (ut autor eſt Ariſtote/les) hac percepta re/tibicines militũ ornatu complures in aciem eduxerunt, qui in ipſo pugnæ congreſſu mo/dum illum quem nouerant equi/canere iuſſi, nõ ſolum illos ordine mouiſſe, ſed cum ſeſſoribus etiam ipſis in mediam ſuorum aciem nullo negocio traduxiſſe perhi bentur. Hoc etiam fraudis modo Cardianos à Biſaltis fuiſſe deletos, Athenæo referente, autor eſt Lampſace/nus Charon.

Sybaritarum & Cardianorum interitus

De Tarentinorum luxuria eorumq; calamitate & interitu. Cap. XCVIII

TArentinos Clearchus in quarto de uitis commen tario, uires potẽtiamq; nactos adeo proteruis fra/ctisq; fuiſſe moribus ſcribit, ut uniuerſum ſinguli cor/pus cõuellere commendarecq; cõſtituerint, uirginumq; more tenuiſſimis & translucentibus linteis domo exe/untes uelari conſueuerint. Ex qua uitæ/morumq; inſa/nia, ad contumelias (ut fit plerumq;) conuerſos graues poſtmodum illos delictorum ſuorum pœnas dediſſe. cum enim inquit finitimorum Iapygum nulla de cauſa

Tarentinorũ luxuria

Car/

Carbinam urbem ui expugnassent, illorum pueros & adulta ætate uirgines, qui ad tẽpla confugerant, ĩsdem in locis sacratisq; deorũ ædibus denudatos, omnium libidini obnoxios per totam diem crudeliter exposuisse feruntur, quæ res adeo hominibus dĩsq; ingrata fuisse narratur, ut eos omnes qui id patrauerant facinus, & in Carbinorum pubem tam nequiter fecerant, fulgu ribus statim fulminibusq; obrutos fuisse cõstet. Quam obrem inquit ad sua etiam usq; tempora Tarenti ante singulas illorũ domos qui in Iapygiam quondam pro fecti non redierant, singulas è ianuarum regione astas se pylas, apud quas neq; lamentari aut deflere, ut mo ris est, mortuos, neque illis parentare solitum erat, sed Ioui solummodo inferno quotannis rem diuinam fa cere consueuerunt.

Carbina Iapygum ciuitas

Tarẽtinorum interitus

De Iapygum luxuria & impietate & eorum crudeli interitu. Cap. XCIX

IApygas ferunt ab initio Cretẽses fuisse, quos domo profectos, ut Glaucum Minois filium quærerent, ad ea peruenisse loca, ibiq; sedes cõstituisse suas planè con stat. Hos fama est progredientibus postmodum ætati bus ad tantam luxus insaniam uitæq; lasciuiam deue nisse, ut patrij obliti decoris & modestiæ, fucata facie, suppositititijs alienisq; ornati comis, in medium prodi re sint soliti, mollissimis chlamydibus, & talaribus, flo ridisq; semper amicti stolis, quibus reliqua etiam uitæ

Iapygum luxuria & interitus

ratio omnibus respõdisse & quadrasse numeris pethibetur. Siquidem priuatos conditionis etiam mediocris homines, magnifice adeo & splẽdide ferunt habitasse, ut illorum facile laxas ornatasq; adeo ædes, deorũ immortaliũ templis excultiores pulchrioresq; plerumq; uidere cõtingeret. Ad tantamq; demũ inter illos principes uitiorum cæcitatẽ & furorem peruenisse feruntur, ut deorum neglecto numine per contumeliã & dementiam regione tota deiectis illorũ simulachris, ædibusq; sacris impie expilatis, palam etiam iactarent, æquum esse iam illos melioribus potentioribusq; concedere. Quamobrem ferunt illos repentinis ignium globis, æneisq; de cœlo massis obrutos funditus omnes interisse, regionemq; illam ad clarum diuinæ de scelestis impijsue ultionis indicium cœlesti constratam ære diutius perseuerasse.

Iapygum interitus

De Milesiorum truculentia & crudelitate. Caput c

Milesiorum crudelitas

HEraclides Ponticus Athenæo referente, in ijs quæ de iustitia inscripsit commentarijs, Milesios permolles & luxuriæ obnoxios semper fuisse commemorat, eamq; ob rem, & ciuiles insuper discordiarũ simultates ad tantam crudelitatis insaniã exarsisse postmodum eos dicit, ut omnium mortalium truculẽtissimi & efferatissimi uel deo ipso teste non immerito sint habiti, qui à publico illos totius Græciæ Delphorum oraculo

culo ueluti impios & sceleſtos contumaciter expuliſſe perhibetur. Ait enim ſeditione aliquãdo inter plebem nobilitatemq; conflata/populum primo, quos Gergithas uocabant/prævaluiſſe,diuitesq; & nobilitatem ferè omnem urbe expuliſſe. Qua re inquit confecta,omnes illorum impubes liberos,qui domi remanſerant,in area quadam coniectos/feris immiſſis bobus/proſternendos conculcandosq; crudeliter abieciſſe. Cæterum haud multo poſt eueniſſe inquit, ut ſorte commutata, nobilitas uiciſſim ſuperior euaderet,qui Gergithas omnes quotquot ualuerunt excipere cum coniugibus & liberis, pice prius perunctos ſubiectis ignibus combuſſerunt. Ex quo & alia pleraque deorum oſtenta Mileti uiſa fuiſſe ſcribit/& ſacrã apud illos oleæ ſtirpem, ſponte ſua repentino conflagrauiſſe.

Gergithæ Mileſiorum populares

Telchinnes dæmones inuidi & hominibus maleſici qui fuerint. Cap. CI

TElchinnes dæmones inuidi & hominibus maleſici ij fuiſſe perhibentur, Actæus,Megaleſius, Ormenus, Lycus, Nicon, Mimon. Qui (ut aiunt) Stygis aquam manibus haurientes terras cõſpergunt,ex quo calamitates/peſtes/& fames conſequuntur. Qui etiam Alaſtores appellantur, ἄλη γὰρ ἡ βλάβη, καὶ παλαμωκῶιοι etiam dicuntur, quoniam palmis & manibus, ut dictum eſt, Stygis latices in terris ſpargunt, omnes calamitates & morbos hominibus apportantes.

Quod

Quod Alexander Macedo Bœotias Thebas euertit historia. Cap. CII

ALexander Macedo Bœotias Thebas funditus euertisse dicitur, idemq; non multo post easdem instaurasse, hanc præcipue ob causam. Cum enim aliquando certaminum sacrorum in Olympia spectator esset & iudex, quem βραβευτὴν appellabant, accidit ut Clitomachus Thebanus luctæ certamen uicerit, cumq; ad excipiendam coronam ad Alexandrum accessisset, ab eo interrogatus quis nam & unde esset, respondit se Clitomachū appellari, parentis nomine addito, patriam autem nullam habere. Cum autem idem secundo Pancratium etiam superasset, ad brauium accedens eadem interrogatus, eodem ut prius modo respondit. Tertio autem ad pugilum certamen introductus illius etiam uictor euasit, & ad coronam accedens, ab Alexandroq; eadem interrogatus, proprium rursus protulit nomen, patrisq; insuper, patriam uero nullam se habere dixit. Admonitus igitur Alexāder illum genere esse Thebanum, pœnitentiaq; ductus quoniam iracundia urbem Græciæ nobilissimam paulo ante euertisset, iniquumq; esse ratus talem uirum patria carere, Thebas à se euersas iterum in integrum restituisse dicitur.

Aeneæ boues in Athabirio appellato monte aduersa Rhodo prædicebant. Cap. CIII

In insula

IN insula Rhodo, ut Callimachus & Pindarus memoriæ prodidere, mos erat Athabirius appellatus, ubi æneæ stabant boues, quæ quotiens aduersi quippiam insulæ futurum impendebat, crebris, ut ferunt, mugitibus rem antè portendebant.

Mirum quoddam de Gelone, à Timæo & Diodoro memoriæ proditum Cap. CIIII.

MIrum profecto quod de Gelone Timæus & Diodorus memoriæ prodidere. Hunc enim ferunt cum aliquando puer admodum in ludi literarij uestibulo libellum manu retinens sederet, accedentem lupum, libellumq; de manibus raptum auferentem, cum clamore insecutum, magnum tumultum excitasse, quo ludi magistrum, omnesq; pueros commotos, ut illi suppetias ferrēt, arma fustesq; tumultuarie rapuisse, quo strepitu concussam domum contignationibus solutis latam ruinā dedisse, pueroſq; omnes cum præceptore elisisse, qui circiter centum fuisse dicūtur, eoq; modo Gelonem à lupo seruatum fuisse perhibent.

Aristei Proconnesij in fabri ferrarij officina repentina mors, fabriq; metus magnus. Cap. CV.

ARisteum Proconnesium ferunt, cum aliquando in fabri ferrarij officinam fuisset ingressus, repēte concidisse & expirasse, perterritum autem fabrum

officina clausa ad illius propinquos confugisse, remq; ut acciderat illis nunciasse. Hunc ferunt post septem annos rursum comparuisse, carmenq; quod Arimaspum uocāt, composuisse, paulopost iterum mortuū esse. Qui etiam postmodum ducentis & quadraginta elapsis annis tertio Herodoti tempore apparuisse dicitur, ut ipse testatur Herodotus. Huius animam corui specie uisam ex ore euolantem, Plinius secūdus in septimo naturalis historiæ memoriæ prodidit.

Mos antiquissimus expurgandi ciuitates fame aut pestilentia laborantes. Cap. CVI.

MOris fuit antiquissimi cum ciuitas aliqua fame aut pestilentia, aut aliqua enormi calamitate laboraret, disquirere hominem in ea turpissimum, quem Catharmum & Pharmacū appellabāt, eumq; ad locum quendam sacrificio illi constitūtum deducebant, manu tenentem caseum cum placenta, & siccos ficus, quem postmodū septies caprifico & scylla agresti, aliisq; uirgultis syluestribus, partes pudendas uerberatum, scrobe eo loci facta, lignis syluestribus comburebāt, confectumq; cinerem, pro urbis illius expurgatione & piaculo in mare proiiciebāt. Moris huius meminit Lycophron de Locride, nec non Hipponax in Iambis suis, aliquot locis, ut autor est Cecis.

FINIS.

INDEX RERVM HOC OPERE CONtentarum copiosissimus.

A

ABas 177
Abasa insula 210
Abderus, à quo dicta Abdera 315.316
Abderæ clari ciues Ibidem
Abron Argiuus 128
Acacesium ciuitas 111
Acacus Ibid.
Acamanes 303
Acamantis historia 319
Acarnan 222
Ace ciuitas 113.114
Achaia Rhodi oppidum 266
Achilles 291.306
Achillis hasta 67
Achilles Thersiti infensus 306
Achilleus portus 42
Acheron 153.198
Acherusia palus Ibidem
Acheruntia populus quæ dicatur Homero 198
Acianus Lydorum tyrannus 302
Acidas flu. 81
Acipenseris piscis descriptio 288
Acrisius 177
Acrisij interitus 178
Actæon ab Archia raptus 128.129
Adiatonus rex 264
Admeta Euristhei filia 299
Adrasti equus 225
Adulatio quibus conueniat 263
Aegeus Medeã in uxorẽ accipit 167
Aegialus postea dicta Achaia 212
Aegialeæ Diomedis uxoris stuprum (323
Aeginitarum serui 265
Aeginus Dorien. tyrannus 331
Aegistus adulter 323
Aegyptiorum reges uino abstinuisse 148
Aegyptiorum sacerdotes cur à sale abstinuerint 147
Aegyptiorum sacerdotes item cur à cepis abstinuerint 149
Aeneas in Sardiniam 3 (360
Aenearũ boũ ĩ Athabirio uaticiniũ
Aeneus torquis Diomedis 105
Aeneum Palladis templum Lacedæmone 136
Aconus Herculis consobrinus 173
Aepitus Elati filius 220
Aeris metalla qui primi conflauerint 74
Aesymnetes dæmõ eiusq; sac. 55.56
Aethra Phalanti uxor 25
Aethra Bellorophontis uxor 168
Aetnæ crateres, & eorum auguria 42. & 184
Aethiops Corinthius 244
Aethiopum pietas & iustitia 307

Agamedes architectus 57. 136
Agamemnon 200
Agamemnonis sceptrum pro numine cultum 18
Agatocles tyannus 105
Agdistis dæmon 50
Agraulos 149
Aiacis ossa apud Ilium reperta 154
Aiacis stuprum 307
Αλάσυρες δ'αίμονες 359
Albæ colũbæ quãdo in Græcia primũ conspectæ 322
Alcide Thebana pro patria sibi mortem conscisiuit 229
Alcathus 165
Alcathea arx Ibidem
Alcippa Martis filia 158
Alcisthenis chlamis 102
Alcmeon & eius interitus 221.222
Alcmena 309
Alcyonea palus 171
Aleius campus 337
Alenus Diomedis frater spurius 333
Alexander Magnus 206.262
Alexandri Magni bibacitas 343
Alexandri Mag. somnium 317
Alex Mag. interitus 344
Alex. Mag. Thœbas Bœotias euertisse 360
Alexandriæ ædificatio 317
Alexandriæ magnitudo 318
Alopecus Iberi filius 38
Alpheus flu. 199.306
Alpheũ ex Peloponneso in Siciliam transmittere 192
Alphesibæa 221
Altheni flu. medicatæ aquæ 305
Altis locus 75
Amazonum origo 314
Amazones primas omnium bellige rasse ac equitasse 300
Ambrosus ciuitas 8
Amphictyones contra Cirreos 6
Amphictyonum septẽ ciuitates 103
Amphion 174
Amphitrio socerum imprudens occidit 309
Amyris furit, prouerb. 259
Anarrisis secundus dies Apaturiorum 134
Anaxilas Rheginorum tyrannus 185
Anaximenes Lampsacenus, & eius consilium 206
Androclus 107
Androclia pro patria mortem oppetijt 229
Androgeus Minois filius 155
Anelo fluuius 60
Angyræ urbis origo & nomen 316
Aniger flu. 81
Anigrenses nymphæ 82
Anionis aquarum natura 44
Antenoreus collis 303
Anterotis ara 28

Antigonus 144.245
Antinoi Hadriani pueri imago & oraculum 141.142
Antiochi Epiphanis triũphus 245
Antiochi Epiph. prodigalitas 345
Antiochus Magnus 242
Antiochus Seleuci filius 145
Antiope 174
Antiphemus Gelæ conditor 275.315
Antiphon 231
Antiphus 311
Antipœnus 229
Anus Thebana Pindari cognata, poëtria 64
Anyta poëtria 19
Aonia 108
Aornum barathrum 327
Aornus lacus & petra Ibidẽ
Apaturiorum celebritas 132
Apheæ templum 32
Aphidnæ expugnatio à Tyndarei filijs 153
Apij coronarum non fuisse usum in conuiuijs 54
Apollo Mercurium cursu uicit 194
Apollo à Pallade tibijs edoctus 135
Apollo Epidelius 182
Apollinis simulachrũ Deli antiquissimum 134
Apollinis Sminthei tẽplũ 137.298
Apollinis Delphici templũ quinquies ædificatum 135
Apollinis Clarij oraculium 214
Apollinis Diradiotæ oraculum 62
Apollinis Telmessæi templum 313
Apollinis Halei templum 311
Aquarum mirandæ naturæ 43. 82.184.193.279.305.327.340
Arbores laniferæ ubi 91
Arborum quæ laudatißimæ & antiquißimæ 78
Arborum genera quædã diuersis peculiariter innasci fluuijs 198
Arcadum conuiuiorum mos 240
Archias Corinthius architectus 261
Archiæ Corinthij, qui Acteonẽ rapuit exilium & interitus 129.130
Archias Syracusarum fundator Ib.
Archilochus 320
Archio Phigaleus post mortẽ uictor declaratus & coronatus 225
Archimedes mathematicus 261
Archimelus poëta Ibidem
Architeles Corinthius 249
Ardalus tibiæ inuentor 69
Ardalides musæ Ibi.
Arestbanes pastor 180
Argyrippa ciuitas 333
Argiuorum magna clades 117
Ariadnes chorus 11
Arixorum gentis bibacitas 347
Arimaspi populi 69
Arion cytharœdus 68
Arion equus Herculis et Adrasti 225

Arisba 525
Aristæus dux in Sardiniam 22
Aristæi Proconesij mors 561
Aristo Chius peripateticus 83.530
Aristoclia uirgo 123
Arius pagus 158
Arsinoe 331
Artæi, artaxerxæ, artabazi qui 502
Aruspicina ex piscibus 276
Ascalon & Ascalonæi bulbi 502
Ascus Lycurgi socius 109
Asini caput à Iudæis olim uenera-
tum 292
Asopus flu. 174.198
Assopus 291
Aspera uia Ephesi 268
Astrabacus Iberi filius 38
Astyanassa Helenæ famula 293
Astydamas Milesius 544
Attagenis auis descriptio 280
Atarnensium ciuitas à culicib. deua-
stata 213
Athenienses 4.57.108.211.348
Atheniensium decem iudicia 158
Atheniensium conuiuia 259
Athenarum arx capta à Persis 150
Athenarum arcis altitudo 195
Atheon 285
Attis 49
Aues Diomedeæ 97
Aues quæ post mortem coniugis
celibes uiuant 321
Augustus Cæsar 109
Auri argētiq; rariss. antiqs usū 249
Ausones 297
Autocabali 516
Axion. 222

B

Baaras radicis natura 51
Babylon 340.350
Bacchus 171
Bacchilides poeta Simonidis nepos
Baleares 4 (329
Balenæ 277
Balnea iuxta Macherūtem 51
Barathrum locus Athenis 285
Batrachium iudicium 161
Battus Cyrenes ædificator 256
Bellorophon 168.336
Bellorophontis septum 94
Bennij 107
Bibacitas quorūdā describitur 343
Bibendi uariæ consuetudines Græcis
Biennarū urbiū origo 300 (348
Bisaltæ 519
Bitumen fossile 98
Bœotia unde dicta 108
Boni dæmonis poculum 86
Βραβευτής 560
Brachmanes philosophi 106
Britomarte 33
Byssi natura 75

C

Cabiri qui fuerint 65

Cabirorum

Cabirorũ phanũ & indignatio Ibi.
Cadmæa quæ Bœotia 108
Cadmæa, arx 174
Calchas & eius mors 320
Calicum uaria genera 348
Callias Athenienſis inuentor minij factitij 187
Callirhoe 46.127.222
Callirhoes interitus 47
Calliſthenes Ariſtocliæ amator 124
Callipateria 191
Calophori miniſtri 238
Calpes certamis origo & finis 195
Calybea ferri temperatura 110
Camiſa Iani ſoror è fratre hũit filiã
Canephori puellæ 71 (85
Canis ubi immoletur 10
Capharei ſcopuli 324
Caphareum promon. 196
Carbina Iapygum ciuitas 357
Cardianorum interitus 356
Carinei 107
Cariſtia lina igne purgari 106
Carniorum conuiuia 237
Caſia 93
Caſſandræ in Italia templum 303
Caſtores 37 258
Caſtorei modi quĩ 100
Catharmus quis 362
Catinenſes fratres 131
Cecropum forum, prouerb. 270
Cepæ natura 149
Cephaleniæ 310
Cerberus 42
Ceres uaga & errans 71
Ceres à Neptuno ſuppreſſa 223
Ceres Pylagora 104
Cereris Chthoniæ templum & pompa 55
Cereris Micaleſiæ templum 62
Cerines Hyrnethæ frater 170
Ceruical regium, apud Perſas 352
Ceyx Trachiniorum rex 29
Chærillus poeta acceptiſsimus Athenienſibus quomodo fuerit donatus ab ijs, & de eius morte 282
Chalcis ciuitas 87
Chaldæi prius Cephenes dicti 340
Chamæleon 314
Chaones 297
Chij 348
Chios Græcorũ primos habuiſſe ſeruos, per quos deuaſtati ſunt 251
Chiron centaurus 82
Chryſaoras flu. 112
Chryſippus Pelopis filius 288
Chryſomazus 291
Chytrorum feſtus dies Athenis 322
Cimon Milciadis Theſei necis ultor
Cinamomum, & eius portiones quinq; (154 92
Circæum 89
Cirrha ciuitas 6
Cirrha Delphorum nauale 7

Cirrheorum interitus Ibidē
Citheron tyrannus Plateen. 20
Ciuitates peste aut fame laborantes expiandi mos 362
Clarij Apollinis oraculum 214
Cleomedes Astipalæus 202
Cleonice à Pausania interfecta 172
Cleopatra Meleagri uxor 68
Cleopatræ Aegypti reginæ insignis luxus in excipiendo Antonium hospitio 241
Cleopatra Locrensis 308
Cleostratus puer 22
Cleta Pentesileæ nutrix 507
Clisophus scurra 263
Clisthenes Sicyoniorū tyrannus 6
Clitomachus Thebanus 560
Clymenus, qui Cretensis certaminis Olympici fuit instaurator 194
Clymenus Orchomeniorum tyrannus 229
Clytemnestræ adulterium 523
Cocalus Siciliæ tyrannus 216
Cocci stirps 8
Codri filij 217
Colophonij Enodio immolabant 10
Colosaium radix 114
Coloniarum ab Athenien. in Asiam deductio, & qui primi colonias miserint 211
Cometha Dianæ sacerdos 52
Comethes adulter 524
Concoctio quid 54
Concubitus uaria genera quæ mulieres descripserint 395
Condali uafrum consilium 357
Contumeliosa sacra 116
Copis cœnæ apparatus 256
Corcyræi 40
Corinthum æs &
Corinthia temperatura 70 & 111
Coresi amor eiusq; interitus 46
Corinnus poeta Homero antiquior
Coræbi hist. 165.166 (287
Corollæ in symposia primū inductæ, & coronari in conuiuijs 85
Coronarum origo 84
Coronarum inuentor quis 85
Coronati post mortem qui 225
Coronis Phlegyæ filia 179
Corsi, Corsica 4. & 88
Corycæus inaudiuit, prouerb. 290
Corycos promontorium Ibid.
Corycæi dij Ibidē
Creneæ portæ 227
Cretensium conuiuia 238
Creugas Dyrrachinus pugil 226
Creusa Creontis filia 328
Crœsus Lydiæ rex 249
Crotopus 165
Ctemenus Hesiodi interfector 231
Culices aliquot urbes uastasse 215
Cupidinis ara Athenis 28
Curetes et corū nomina. 87.193.194.

Cureotis dies 154
Currentiũ cũ lampadib. certamẽ 29
Cybele Lydis Ma appellata 112
Cydnus flu. 60
Cylabras pastor 273
Cyrenæi 108
Cyrnus quæ & Corsica 4
Cytheros Eliorum flu. 209

D

DAedalus 2.20.97
Dædali simulachra 11
Dædali nobilitas et uita exercita 216
Dædala appellari omnia simulachra 20
Dædala festum 20.21
Daiphantus Phocẽsium dux 120
Daiphontes 170
Damarmenus piscator 197
Damascus unde dicta 109
Damascus Mercurij filius Ibidẽ
Damoxeous Syracusius 226
Danae 178
Daphnes Arcadicæ historia 217
Dardani ad Ilium aduentus & posteri 324
Dardania ciuitas 325
Daunus Iapygiæ rex 332
Decem Athenis iudicia, & eorum nomina 158
Decorum apud Ro. mortes 68
Deli expilatio per Menophanẽ 183
Delphicum certamen 80
Delphicum oraculũ de Pindaro 63
Delphicum Apollinis templũ quinquies ædificatum 135
Delphini amor & gratitudo erga puerum 67
Delphinos comesto Pompilo ilico languidos reddi 272
Delphinij iudicium 159
Delta pars Aegypti 210
Demetrius Antyochi 90
Demetrius Phalarei nepos 224
Demetrius urbium expugnator cognominatus 345
Demó 137
Democritus physicus 316
Demophoon 159
Dercia Larcæ filia 267
Deorũ simulachra ex quibus materijs fiebant 77
Deucalion. 322
Dianæ Coritaliæ templum 236
Dianæ Ephesinæ templũ in medio foro 268
Diana Orthia 37
Dianæ Eucliæ templum 229
Dianæ apud Lacones sacrificiũ 38
Dianæ Salutaris templum 165
Dianæ Triclariæ templum 52
Diceærchiæ fontes calidi 44
Dictynea 33
Dictys Isidis alumnus 149
Diomedis historia. 104.105.159.306 (332.
Diomedis imprecatio rata 333

Diomedes à Dauno interemptus Ibi.
Diomedis insulæ 334
Diomedeæaues 97
Dionysij festus dies 14
Dionysius Syracusarum tyran/nus 86
Dionysius Siciliæ tyran. 102
Dionysi Calidonij templum 46
Dinoysus & Mercurius terrestres
Dioscuri Castores 57 258 (323
Diras 62
Dodonæum oraculum 47.61
Dodonæa quercus 78
Dodoneæ Peliades 138
Dorienſium tribus tres 331
Dorpia 134
Draco Theſpienſis 21
Draconis lex 205
Drimachus fugitiuorum dux 252
Dulcis angulus apud Lydos 352
Dyrrachium ciuitas 39
Dyrrachus Ibid.

E

EBoris natura 195
Eburnea ſimulachra Ibidē
ἐκατομφόνιαε ſacra 300
Ecbatana 349
Echion 291
Echetlæus heros 157
Elaphibolia ſacra 119
Electrum Eridani 97.326
Electrides portæ 227
Electrides insulæ 97
Electrion Mycenarum tyrānus 309
Elephantis 195
Eleusiniorum ſacrorū inſtitutio 299
Elidis regionis natura 73
Eliorū uictoria contra Arcadas 209
Elopis piſcis natura 288
Elorus flu. 332
Elpenoris tumulus 89
Elpenoris ſocij Appolloniam extru/xerunt 311
Elymi herba 231
Empedocles Agrigentinus 262
Enſis Memnonis Nicomediæ 67
Epaminundas, & eius ſomnium 138
Epaicla quæ fuerint Lacedæmo/nijs 237
Epaphroditus Neronis libertus 30000 librorum habuit 295
Epheſi labes & ruina 331
Epheſiorum urbis initia 267
Epheſiorum conuentus quinq; 107
Epheſinæ Dianæ templum in medio foro 268
Ephialtes Neptuni filius 300
Ephyri 15
Epibdas dies 134
Epicharides Paruus, helluo profuſiſſi/mus 244
Epidamnus 39 (180
Epidaurenſiū regio Eſculapio ſacra
Epidelius Apollo 182
Epithimiades corollæ 84
Epopeus Sicyoniorum tyran. 174

Epoper-

Epopeus piscator 272
Epytus cæcus 57
Equas ex asinis in Elide non concipere 74
Erginus Orchomeniorum rex 229
Erichthonius 325
Eriphile 221
Erymanthus 303
Erythrea Sibylla 137
Eryx 45
Esculapij parentes, lucus & simulachrum 179
Esculapij statua eburnea 195
Esculapius Aegyptius 30000 annorũ res gestas conscripsit 256
Etearchus tyrannus 255
Eteocles Orchomeniorũ tyrãnus 12
Etnæus Promethei filius 65
Etrusci aruspices quid senserint de hominum generationibus 293
Eubœæ metalla 87
Eucarpiæ duæ 330
Eucarpiæ fertilitas Ibidẽ
Euchydes 291
Eucliæ Dianæ templum 229
Eumenidum templum 51
Eumolpus 299
Euonymi 107
Euristheus 29.45
Eurybates Ceerops 270
Eurybates Ephesius, neqßimus 271
Eurycles dæmones 73
Eurynomus dæmon, & eius forma Ibidẽ
Euripylus 54
Euthymus athleta 58
Exocæti piscis forma et natura 274

F

Fagi Ilienses 29
Ferri temperaturas quatuor esse 110
Fictilia uasa quæ laudatißima 348
Fistularum usum antiquißimum 134
Fluuij frigidiss. qui 60
Fœminarum castratio ubi 351
Fontes uarij 44
Fons Hederaceus 124
Fons Macariæ 29
Fons fatidicus 48
Fons Glauces 167
Fons Iouis Lycæi 79
Fons mero fluens 115
Fons Telephi 340
Fons Paliscorum 122
Fontes falsi 169
Forum ære contectum Rhomæ 136
Fossiles pisces 121

G

Galatæ 50.316
Galatia 316
Galcotes Apollinis filius 312
Galeotarum gens 315
Galeus piscis 289
Galli quõ Ariæos deuicerint 347
Gallinacei Tanagræi 65
Galli gallinacei apud Sybaritas edu cari prohibiti 354

Gelo flu. & ciuitas 273 313
Gelo à lupo seruatus 361
Geloni 314
Gemma Polycratis 74
Gergithæ Milesiorũ populares 359
Geryonis boues 45
Gigantes Lybiæ populi 334
Glaucus 303
Glauci, pisces 277
Gosippus 189
Gortinus flu. frigidiss. 60
Græciã quãdo Persæ inuaserint 282
Græciæ sacra quatuor certamina 80
Græcia quando cœperit abundare auro 250
Grylla ciuitas 2
Gryphi 69

H

HAdrianus Cæsar 56
Hæreditarias qbusdã esse mortes familijs 86
Halei Apollinis templũ 311
Harpocrates 257
Hasta Achillis 67
Heersa 149
Hegesianax Alexandrinus poëta ex tempore quàm felix 242
Helenam etiam ante Paridis raptum lusisse 168
Helena à Tydarei filijs abducta 153
Helenæ Arboreæ templum 162
Helenæ interitus uarie apud uarios narratur 161
Heleni captiuitas & uaticiniũ 304
Helice quando absorpta 218
Helicæ iudicium 161
Helotes Lacedæmoniorũ serui 67.
Helopolis machina 345 (251
Helus ciuitas 67
Heptapylæ Thebæ 227
Heracleotarũ uafrũ consilium 334
Heraiscus Aegyptius, & eius ortus 256.257
Hercules 7.8.29.42.45.113.154. 155.173.198.233.271.299.342.
Herculis balneæ 87
Herculis simulachrum 16
Herculis Armati templum 172
Herculis oraculum 51
Hercules ex Idæis dactylis 62
Hercules Idæus 193
Hermionis monile 221
Herodorus Megarẽsis tubicen 344
Herophile Sibylla 137
Heroum ænea fuisse arma 66
Hesiodi uatis interitus & epitaph. Hiero Syracusarum rex 249 (231
Hieronis nauigium 260
Hieronis munificentia in Archimẽlum 261
Hilli corpus 154
Hilli ossa apud Ilium inuenta 154
Hippo Scedasi filia 125
Hippocoõtis liberi 173
Hippolochus 303
Hippolytus 181
Hippolyta Amazonum regina 299

Hippostra-

Hippostratus 95
Hippoæ oppidum 128
Hircus piscis 275
Hirnetha Temeni filia 170
Hirnethium Ibidem
Homoloidæ portæ 228
Homolos mons Ibidem
Hospitales mensæ 238
Hostias ob iusiurãdum mactatas non licuisse attingere 200
Humanæ uictimæ apud Athen. 294
Hydruntum à quibus conditum 301
Hymenæus Calliopes fil. 288
Hyperboreæ sacra 135
Hypsistæ portæ 227
Hypelæus fons 268
Hysiæ oraculum 62

I

IAnus coronarum et nauigiorum inuentor 84
Ianiculus 85
Iapygia 297
Iapygum luxuria, impietas & interitus 357
Iccus Epidaurius 202
Idæ urbis in Sipylo interitus 219
Idæarum musicarum spẽs 325
Idæi dactyli 193
Iethyæ phanum 168
Ili duo 325
Ilias λιθογράμματος 318
Ilij ædificatio 325
Ilienses in Sardiniam 3
Ilienses fagi 79
Illyriorum bibacitas 347
Imbrasus fluuius 215
Imeræus Stesichorus 162
Indacus cursor 292
Inonis aqua 184
Insaniæ species multæ 139
Iolaus 2
Iolao duce prima colonia in Sardiniam deducta 213
Ion Chius 263
Ion Gargetti filius 210
Ionius 212
Ionides nymphæ 209
Iones Achaiæ inquilini 212
Ionius Dirrachi filius 40
Ionium mare Ibidem
Iordanis Iudææ fluuius 192
Iouis incunabula ubi 224
Iouis sacris qd̃ lignũ conueniat 198
Iouis Lycæi fons & sacerdos 79
Iouis Lycæi phanum 61 & 224
Iouis Olympici simulachrũ eburneũ
Iouis Horcij simulachrũ 199 (196
Iouis Saotis simulachrum 21
Iphicli cõsiliũ quo Phœnices Rhodo (expulit 266
Iphicli boues 44
Iphigenia cuius filia fuerit 167
Isidis sacerdotes 145
Isthmæum certamen 80
Italiæ denominatio 297
Itali 288 (297
Italorũ conuiuia Creticis antiqora

Italis mulierib. uinũ interdictũ 342
Italus Oenotriæ rex antiqſſ. Ibidem
Ithyphalli 326
Iudæorum ſuperſtitio 292
Iulis Co urbs 329
Iulienſium lex de ſexagenariorũ cer (tamine 330
Iuno 112
Iunonis Samiæ templum 215
Iunonis Capriuoræ templum 173
Iuriſiurãdi mos ſolẽnis in Sicilia 123

L

Labdacus 175
Labizus gummi 350
Lacedæmone puerorum decertatio 9
Lacedæmonij 126.348
Lacedæmonios ſub tibiarum cõcentu prelia iniſſe 100
Laconicæ lapidicinæ 66
Laconica ferri temperatura 110
Lacius Argiuus Antiphemi frater
Laius 288 (273.313
Laidis patria, monumentum & epitaphium 94.95.& 330
Lamedon 176
Lampſacum, eiuſq; uina, & cur Priapi ciuitas fuerit dicta 341
Laodamas Eteoclis filius 228
Laodamia 68
Lapis canorus Megaris 165
Lapis in Methone 190
Lapidum miræ naturæ 119
Larcas Phalanti comes 267
Lariſſa ciuitas 178
Laurus antiqua ante Oreſtis diuerſo
Laurus Aſſyria 78 (rium 169
Leo Cæſar 292
Leontiſcus Meſſenius 201
Leonteus 320
Leontopolis 318
Leonymus Crotoniata 162
Leophron 262
Leprei edacitas & interitus 78
Lepræ morbus 8
Leuce Euxini inſula 162
Leuci adulterium 324
Leucippi interitus 217
Leuctra uicus 125
Liber pater Maſaris 111
Liburni 40
Ligna ſua ſponte ardentia 77
Linus ab Apolline interfectus 25
Linus nænia Ibidem
Lini ſimulachrum 22
Linũ de petrarũ marginib. 106
Lina Cariſtia Ibidem
Liparæ tumulus admirandus 102
Locrenſium calamitas 307
Lunæ natura 54
Lupi Sardinienſes 5
Lutrophora 176
Lybantes dæmon 59
Lybetræ ciuitatis exitium 23
Lycomodes Scyri inſulæ tyran. 155
Lycoſura urbium antiquiſſima 224
Lycurgus 58 Lycus 175
Lydia ferri temperatura 110

Lydorum gentis mollicia 351
Lydus 311
Lygdamus Naxiorũ tyrannidem ag
Lygodesma 38 (gressus 270
Lynceus Argiuorum rex 177
Lysimachus 144
Lysimachus Ephesi reparator 331

M

MA, Cybeles nomen 112
Macaria Herculis filia 30
Macedonum conuiuia 242
Macheruntẽ iuxta quædam admi-
randa 31.
Mala medica & eorum uis cõtra ue-
nena 232.234
Mantineos à Bythinijs descendisse
Manto Tiresiæ filia 214 (142
Marathon heros 156
Marathonius taurus 155
M. Antonius imper. 262
Mardonius dux 164
Mare mortuum 192
Marpessus opp. 137
Marpessa Idæ uxor 68
Mars 194
Masa Rheæ ministra 111
Masanissa rex 115
Masculæ Veneris origo 288
Massilienſis stagni natura 122
Massilienſium fœminis uinum fuisse
interdictum 541
Mastarra Lydiæ ciuitas 112
Matroum, Athenis locus 285
Meander fluuius 198.213
Medeæ adulterium 324
Mediæ regionis denominatio 167
Medon Codri filius 212
Megapenthes Menelai filius 161
Megapenthes Prœti filius 178
Megarensium oraculum 90
Mel factitium 334
Melampus 45.82
Melan 60
Melanthus 133
Meles Atheniẽsis 28
Melichias cesti genus 226
Melissus 129
Melophori 350
Melos insula 310
Memnonis ensis 67
Memnonis statua 165
Menalippa Amazo 300
Menalippus 52
Menestheus 158.310
Menestratus 22
Menophanes Delum expilauit 183
Menophanis interitus Ibidẽ
Mercurius Dionyso succurit 109
Mercurius Acacesius 111
Mercurius Agoræus, & eius natici-
nium 48
Mermerus Medeæ filius 166
Mesapia 108
Messenij 185 (apud Græcos 319
Metamorphosim qui scripserint
Methone ciuitas 189.190

Methe-

Methonensium calamitas Ibi.
Milecia Scedasi filia 125
Milesiorum & Sybaritarum inter se amor mutuus 355
Melisiorum crudelitas 358
Milesiorum uirginum insania 140
Millamones 302
Milon Crotoniata pugil 201
Milonis Crotoniatæ uoracitas 344
Minij genera 187
Minos 33.152
Mithras 317
Mithridatis interitus 185
Molophori 350
Monile Hermionis Cadmi uxoris
Mopsus diuinator 320 (221
Mopsus Rhacij filius. 215 (taria. 68
Mortium genera quædã esse hæredi
Musis & Somno ubi sacrificatũ 70
Munificos factos ppter uictorias 262
Mycenarum urbis extructio 178
Myrtus coronaria 89
Myuntis urbis interitus 213

N

NAis meretrix 330
Naucratitarũ cõuiuia 240
Nauplij uindicta de Græcis 323
Naxi multi 113
Naxiæ mulieres 112
Naxiorum politia quomodo ad tyrãnidem peruenerit 269
Neleus Codri filius 212
Nelei boum stabula 44
Nemæum certamen 80
Nemesios simulachrũ Rhamni 156
Nemeses multæ Smyrnæis 16
Neoptolemus 69
Neoptolemæa ultio prouerb. 68
Neptunus 155
Neptunus Cererem uiciauit 223
Neptuni equestris phanum 56
Nero Cæsar 171
Nesæ portæ 227
Nestus Lycius poëta 318
Netes chordæ inuentio 227
Nicanor 144
Nicænetus 316
Niciæ Nicerati filij serui 265
Nicolai dactyli 109
Nicolaus Damascenus 110
Nicostratus Menelai filius 161
Nilus fluuius 193.199
Nora ciuitas 2
Noracus Iberorum dux Ibid.
Norica ferri temperatura 111
Noti uenti iniuria quõ prohibita. 169
Numidæ gens patientißima 116
Nyctæus 175
Nympheus locus 99

O

OAxus ciuitas 255
Obeliſci ex smaragdo. 186
Oblatio pro mortuis Mercurio inferno 323
Oeneus Parthaonis filius 190
Ogoas deus apud Caras 57

Ogygia 108
Ogygiæ portæ 228
Olbia 2
Olea in Athenarum arce 78
Olea Deliaca Ibidem
Obeaſter Megaricus 89
Oleaſter Olympiæ 79
Oleum fluxiſſe ante templũ Palladis
Oleum natiuum 340 (176
Ollarũ Rhodiarum laus 349
Olus 270
Olympiæ certamen 80
Olympici certaminis origo 193
Olympicorũ pugilũ iuſiurandũ 199
Omphale 154.271
Omphale Lydorũ tyrannidẽ inuaſit
Onga & Ongeæ portæ 228 (352
Ongius Telpuſiorum tyrannus 223
Opheltis ſcopuli 324
Opici Italiæ populi 297
Oppianus Corycæus poëta 262
Oraculum Antinoi 142
Oraculum Dodonæum 47.61.78
Oraculum Clarij Apollinis 214 (51
Oraculũ Herculis ex talis & abaco
Oraculũ Diradiotæ Apollinis 62
Oraculum Megarenſium 90
Oraculum in Nymphæo 99
Oraculum de Pindaro 65 (305
Oraculum Podalirij apud Calabros
Oraculum Smyrnæis datum 15
Oraculum Teucro datum 298
Oraculum Zenoni datum 284
Oreſtes 37.158
Oreſtis diuerſorium 169
Orphei tumulus 23
Orphi piſces 277
Orthia Diana 37
Ortenſis Veneris ſeptum 72
Ortygia Archiæ filia 130
Oſiridis interitus 41
Otus Neptuni filius 300
Padus fluuius 198
Pæderos herba 177
Palamedis interitus 325
Palamedes Nauplij filius literarum Doricarum inuentor 287
Παλαμηνεῖοι δαίμονες 359
Palladis Acheæ templum 104
Palladis templum ab Epopeo conſtructum 175
Palladis æneum templum 136
Palladis Poliadis templum 71
Palladis ſimulachrum ex ebore 195
Pallas uulnerata 60
Palladij iudicium & eius origo 159
Paliſcorum fons 122
Palma Deliaca 79
Palmacei geſtaminis origo 80
Pamphos poëta 23
Pan ſenſilis mundi rector 134
Panapollines 302
Pandroſos 149
Panici terrores 41
Panormus 189
Parabyſti iudicium 161

Paris à Philoctete occisus 304
Parthenius Nicenus poëta 319
Parua mysteria quæ dicantur 299
Pasetis semiobolus & conuiuia 287
Pasicyptus Cyri rex, helluo 244
Pasirhodos 191
Pataræ urbis extructio 338
Pataris fons fatidicus 48
Patecus Dymeus 195
Pedasus prius Methõe appellata 189
Pedum celeritate clari 291
Pelasgi 311
Peliades Dodoneæ 138
Pelopis eburneus humerus 196.304
Pelopides Thebanorum dux 126
Penestæ, Thessalorum serui 251
Penthesilea Amazo 306
Peribœa uirgo à Minoë amata 152
Peribæa Locrensis 308
Persarum elatio 156 (349
Persarum regũ mollicies & luxuria
Persæ quãdo Græciã inuaserint 282
Persea arbor 199
Perseus disci inuentor 178
Persepolis 350
Persica dea 76
Pessinuntum ciuitas 316
Phæditia cõuiuia apud Lacones 236
Phalanthus Phœnicum dux 266
Phalanthus Spartiates 25
Phalces Hyrnethæ frater 170
Phallophori 326
Phalysius lippitudine liberatus 19
Pharmaci qui 294.362
Phassarum columbarum natura 321
Phaselitarum sacrum ex salsamentis & eorum origo 273
Phegeus 221
Pheretes Medeæ filius 166
Phidias statuarius 156
Phiditia, publicæ epulæ 355
Phidippus 310
Phigalensium sacerdotes animarum euocatores 172
Philenis 293
Philippides cursor 291
Phillis 319
Philoctetes in Italiam delatus 311
Philoctetis ad Ilium aduectio 304
Philoxenus Cytherius poëta, & eius mores ac mors 278
Phlegias 179 & 317
Phlegiarum impietas 13
Phocensium desperatio prouerb. 121
Phocensiũ mulierum animositas Ibi.
Phocus Bœotius, eiusq; interitus & tumulus 127.128
Phœmis futurorũ præscia uates 138
Phœnix Agenoris filius 284
Phœnica Atheonis filia 285
Phœnicæum iudicium 161
Phœnicia grammata 284
Phœnices Rhodi incolæ primi, et quo modo inde expulsi 266
Phormidis equus 75
Phormionis Crotoniatæ histor. 285

Phormio Erythreus 17
Phormio Spartiates 37
Phreati iudicium 160
Phronyma Etearchi uxor 255
Physicilus panis 236
Pij fratres apud Catinenses 131
Pilæ ludi inuentio 311
Pindari sepulchrum & laudes 63
Pirene fons 70
Pisander poëta 318
Pisces cicures 332
Pisces fossiles 121
Piscium auguria 276
Piscium quorundam mirænaturæ 122. 277.
Pisculenta sacra 272
Pisirhodos 191
Placidorum deorum lucus 8
Platanista locus 9
Platanus Caphien. & Delphica 79
Platanus Cypria & Cretica 92
Platani foliis nunq̃ decisuis Ibidem
Platonis natalis 295
Podalirij oraculũ apd' Calabros 305
Podalirij reditus & gesta 99
Podarces 320
Pœcile porticus 291
Pœni Sardiniam occupant 13
Poëmata quæ apud Græcos de insectis mentionem faciunt 72
Polæ ciuitatis ædificatio 305
Polixa Tlepolemi uxor 161
Polycratis gemma 74
Polygnotus Thasius pictor 291
Polydamas Scotussæus 201
Polydamantis Scot. mors 202
Polypites 320
Polypercon 245
Polypus 314
Polymnestus 256
Polyxenus 309
Polyzelus 267
Pompilus piscis sacer 271
Pompili forma 272
Pontus Thraciæ flu. 119
Porphyrionis auis descriptio 281
Posidoniatæ eorumq; instituta 130
Pristes piscis 277
Prætus 177
Prætides portæ 227
Prætides furentes 82
Prometheus 65
Promethei ara 29
Protagoras 316
Proteæ Macedonis bibacitas 345
Protesilaus 68
Protophanes bis eadẽ die Olympiæ uictor 154
Prouerbia explicantur, pag. 69. 121. 258. 259. 270. 290
Prytanei iudicium 160
Psamathe 165
Psamathus portus 42
Psammithicus rex 148
Pterelas 309
Ptolemais quõ olim uocata 113

Puerorum certamen in Plataniſta 9
Purgãdi ciuitates mos antiquus 362
Puteus in Methone mirus 43
Pylagora Ceres 104
Pylagoræ qui dicti 105
Pylea 104
Pylenor centaurus 82
Pyramides unde denominatæ 339
Pyrrhiches modus 101
Pyrrhus 100
Pythalus Athenien. ficus inuẽtor 71
Pythones dæmones 75

Qu

Quatuor ſacra Græciæ certamina 80
Quatuor ferri fuiſſe tpaturas 110
Quercus Sybaritica 92

R

Racius Cretenſium dux 214
Rhacotis 318
Rhadamanthus 288
Rhæcus 74
Rhamnus 156
Rhamnuſia Nemeſis Ibidem
Rhegini 185
Rhoda flu. 301
Rhodiæ ollæ percelebres 349

S

Sabba Sibylla Hebræa 138
Sacea inſula 210
Sacra ex piſcibus alicubi fieri 272
Sacra Græciæ certamina 80
Sacra Contumelioſa 116
Sacra Hyperborea 135
Sacerdotum Aegyptiorum abſtinentia, & cur à ſale et cepis abſtinuerint 147.149.
Sacerdotes Phigalenſium, animarũ euocatores 172
Sacerdos Iouis Lycei 79
Sagra 258
Saloë lacus 219
Salacia uirgo 338
Samiæ Iunonis templum antiqſſ. 215
Sangarius flu. 50
Sappho poëtria 28
Sardiani tapetes 350
Sardiniæ ſitus 14
Sardonius riſus 6
Sardoi heroes 138
Sardus Pœnorum dux 1
Sarpedon Demetrij dux 279
Sarpedon Lycius 161
Satyrorum libido 151
Sauromatum thoraces 27
Sauropodes 315
Scedaſi imago & filiæ 125.126
Sceptrum Agamẽnonis pro numine cultum 18
Securis, quæ prima bouem mactarat cauſa quotãnis Athenis acta 160
Seleucus Nicator 143
Seleuci matris ſomnium Ib dẽ
Senes appellatos Sileni ſatyros 150
Senum certamen apud Iuliacen. 330
Senus Elienſis grammaticus 325

Seps,

Seps, & eius forma 219
Septum Bellorophontis 94
Septum Veneris Ortensis 72
Septum in quo mori non licebat 180
Seria insula ubi 210
Sericum, & de Sere animali Ibidē
Serpens sacer 95
Serpēs qui in Tænaro apparuit 43
Serpentes non reperiri in Sardinia 5
Seruorū certamen quod Hippolytus instituit 181
Seruorum apud quos ingens numerus 265
Sibyllarū nomina, & quot earū 136
Silphium 37.87
Similis Aegineta statuarius 216
Simonides poëta 329
Sinopica ferri temperatura 110
Smaragdi uis 186
Smaragdos ex Iaspide fieri Ibidem
Smaragdina columna in Herculis templo 187
Sminthium ciuitas 298
Sminthei Apollinis templum Ibidē
Smyrna Amazon & ciuitas 331
Smyrnæ nouæ ciuitatis origo 15
Sociani populus 264
Socratis natalis 294
Soliduni apud Celtas qui 264
Solon 6
Somnium matris Seleuci 145
Somno ubi litatum sit 70
Sophocles & eius festiuitas 295
Sosipolis Ilethya 208
Sostratus Sicyonius athleta 200
Spintharus architectus 136
Stabula boum Nelei 44
Stesichorus 163
Stilpho Megaricus 181
Stilphonis somnium 182
Stimphalidum auium forma & robur 220
Strato Orchomenius 124
Stratonica uxor Seleuci 145
Subpodium regium, apud Persas 351
Sus, torrentis nomen 24
Susarum tractus, & Susa quid significet 349
Sybaritarum lasciuia 354
Sybaritarum interitus 356
Sybaritica quercus 92
Syene Aegypti urbs 61
Syllæ ostentum 293
Syracusa filia Archiæ 130
Syracusarū fundator quis Ibidem
Syrna Cariæ ciuitas 100

T

TAenarum promon. 42
Talon 288
Talorum ludi inuentio 311
Tanaiticum Nili ostium 41
Tanagræi gallinacei 63
Taphij 309
Taranda fera apud Sarmatas 314
Taras Neptuni filius 26
Tarētinorū luxuria & interitus 356

Tarentina colonia 25
Tarsi urbis origo 536
Tauia 516
Taulantij populus 40
Teij 107
Telamon 160
Telchinnes dæmones 559
Teleboæ 509
Telephus 130
Telephi fons 540
Teleßilla poëtria 117
Teleßillæ statua 118
Teleſtagoras Naxius 269
Telias Agrigentinus 265
Telmeſſus Apollinis fil. 512
Telmeſſei Apollinis templum 513
Temenus 222
Temeni portæ 154
Temeſſæus dæmon & eius forma 58
Tenarum promon. 42
Tenari ſerpens 43
Tenos inſula 540
Tenthis ciuitas & pagus 60
Tenthis dux phthiſi cõſumptus. Ibi.
Teos ciuitas 539
Teſſerarum ludi inuentio 311
Teucer 160.298
Thargilia feſta Athenis 294
Thamyris thrax 288
Thaſij 548
Thragenes Thaſius pugil 204
Theano 125
Thebius, unde dictus locus 529
Thebæ cur Heptapyli appell. 227
Thebij populus faſcinator 529
Themiſtocles 541
Theodorus Teleclei fil. 74
Themiſo Theræus 255
Themſtho 512
Theopompus hiſtoricus 207
Theras Thebanus 215
Thermopylæ 104
Therſander Polynicis fil. 214. 228
Therſites quomodo perierit 306
Theſeus 30.80.151.156.160
Theſei interitus uarie narratur 152
Theſſali 108.548
Thymetes Athenienſis 135
Thorſus fl. 5
Thracum conuiuiorum barbarus ludus 243
Thya Trogete appellata 78
Thymea ſacra 275
Tibiarum uſum antiquißimum 134
Timagoras 28
Timothei prudens conſilium 535
Tindaridarũ in Meſſenios indignatio 188
Tindarei liberi Aphidnã expugnãt & Helenam abducunt 153
Tireſias 214
Titthenida feſta 236
Tittheus mons 180
Trigonium iudicium 161
Triphon Apameus 279
Triphonius 57

Tripodes

Tripodes Vulcani & Dædali 12
Tripodiſcus pagus 166
Tritonis marini deſcriptio 230
Trophonius architectus 57.136
Tryphiodorus poëta 318
Tylos 91
Typæa rupes 191
Typhon 41
Tyrrheni ijdem qui Hetruſci 297
Tyrrhenorũ ingenia et natura 250
Tyrrhenorum laſciuia 352
Tyrſenus à quo Tyrſenia 311

V

VApa 325
Veneris Ortenſis ſeptũ 72
Veneris Sicyoniæ ſacra et tẽplũ 176
Veneris ex Sicilia in Lybiam profectio 522
Veneris maſculæ origo 288
Veriora ijs quæ apud Sagram, prouerbium 258
Victoria quos reddiderit munificos 262
Vini uſus cur fœminis interdictus 341
Vitex arbor 215
Vites de gigantum ſanguine enatas 148
Vitiliginis remedium 82
Vnguentorum precioſorum genera 248.346
Voracitas mira quorundam deſcribitur 344

X

XAnthius Bœotius 133
Xantippe 125

Z

ZAleuci lex 341
Zancle quæ poſtea Meſſenia 185
Zenon philoſophus 284
Zethus 174

FINIS.

Erratorum quæ inter imprimendum accidere, caſtigatio.

Pagina 23. linea 9. lege Maneron. 32 lin. 11. fluuij. 47 lin. 10 & 14 Dionyſo. 158 in margine, Martis filia. 161 lin. 16. Lacedæmonijs. 198 lin. à fine 3. Meander. 216 lin. 21 Similidis. 259 lin. 13 id quum illi. 318 in margine, Pharus.

BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA per Hieronymum Frobenium & Nicolaũ Epiſcopium Menſe Auguſto An. M. D. XXXI.



BIBLIOTEKA KORNICKA

BIBLJOTEKA KÓRNICKA
14113

119.